Quapropter Ego EADMUNDUS. rex Anglorum cæterarumque gentium in circuitu persistentium. cuidam fideli meo ministro vocitato nomine ÆLFSIGE. pro ejus amabili obedientia ejusque placabili peccunia quam michi in suæ devotionis obsequio detulit in loco ubi[1] ludibundisque vocabulis nomen indiderunt antiquitus : ÆT MORDUNE. XX. mansas ei libenter largiendo donavi. ut eandem supra taxatam, *etc.* . . . . (*as in No.* 787) locum. Campis. Pascuis. Pratis. et Silvis in notis. in modicis et in magnis. derivatisque cursibus aquarum. ut nostra jam veraciter prefata[2] supra scripta est in linea traditio quod in æternum manebit. Si[3] [quis] demonicæ fermentationis stimulo incedens nostrum integrum et inviolatum donum fraudulenter infringere probaverit. Noverit se proculdubio cum Anna & Zafira[4] satellitibusque eorum herebica æternæ anathematis macera[5] perforandum. Nisi prius digna satisfactione emendare voluerit. Istis terminibus predicta terra circumgyrata esse videtur.

Ðis synt þæra. XVI. hida land ge mæro to Mordune. Ærest on headdan dune slade nyþer on hreodburnan and lang burnan on ƿurf and lang streames on foslace upp on þæra æcera ⁊heafda andlang þæra heafda on ættan penn[6] on þone ellen stub þonon á bé ecge on þa medemunga of þære mædemunge nyþær on þone ealdan ƿiþig þonon on hnottan ford. of þann forda on þone ealdan ƿylle þonon eft on headdan dune sled.

Acta est hæc prefata donatio. Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi. DCCCCXLIII. Indictione. I.

[1] Some such words as "ruricoli appellativo usu" (*cf.* Nos. 761, 767, *etc.*) appear to be wanting here to complete the sense. [2] Prefecta, altered as in text, MS. [3] Sic, with *c* erased, MS. [4] Zafirira, with *ri* underlined for omission, MS. [5] See p. 483. [6] Penn, K.

Ego Eadmundus rex Anglorum prefatam donationem cum sigillo sancte crucis confirmavi.
Ego Oda Dorobernensis æcclesiæ archiepiscopus ejusdem regis donationem cum sigillo sancte crucis subaravi.
Ego Theodreð Lundoniensis æcclesiæ episcopus consensi.
Ego Ælfheah Wintoniensis æcclesiæ episcopus triumphalem tr[opheum] agyæ crucis impressi.
Ego Cenƿald episcopus predictum donum consensi.
Ego Ælfric episcopus consensi.
Ego Æthelgar episcopus consensi.
Ego Ƿulfhelm episcopus consignavi.
Ego Ƿulfsige episcopus consensi.

Ego Æþelstan dux.	Ego Ælfric minister.
× Ego Æþelƿold dux.	Ego Ælfstan minister. ×
Ego Ealhelm dux.	Ego Ælfheah minister.
Ego Aþelmund dux.	Ego Æþered minister.
Ego Oda dux.	Ego Ælfsige minister.
Ego Ælfsige minister.	Ego Ƿithgar minister.
Ego Ƿulfgar minister.	Ego Ƿulfric minister.
Ego Eadmund minister.	Ego Ƿulfhelm minister.

[A.] Brit. Mus., Add. MS. 15,350, f. 43. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MCCXLVI; from [A.]

---

789. *Grant by King Eadmund to the thegn Eadric, of land at Leachamstede, or Leckhampstead, co. Berks, etc.* A.D. 943.

CAR[TA] REGIS EADMUNDI DE LECHAMSTEDE.

In nomine Dei summi ⁊ altitroni qui omnia de summo celi apice visibilia ⁊ invisibilia ordinabiliter gubernans atque moderans præsentisque vite curriculo cotidie temporales possessiones ⁊ universe divitiarum facultates nostris humanis obtutibus cernimus deficientes ac decrescentes. Sic mutando fragilitas mortalis vite marcescit et rotunda seculorum volubilitas inanescit. ac in carorum propinquorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur.

Quapropter ego EADMUNDUS Angligenarum Rex ceterarumque gentium in circuitu persistentium cuidam fideli meo ministro vocitato nomine EADRICO ob illius amabile obsequium ejusque placabili fidelitate. X. mansas largiendo libenter concedens perdonabo illic ubi vulgus prisca relatione vocitat ÆT LEACHAMSTEDE quatenus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat dum hujus labentis evi

cursum transeat inlesus atque vitalis spiritus in corruptibili carne inhereat. et post se cuicumque voluerit perenniter[1] heredi derelinquat sicuti prædixi. Sit autem predictum rus liber ab omni mundiali obstaculo cum omnibus que Rite ad ipsum locum pertinere dinoscuntur. tam in magnis quam in modicis rebus. campis. pascuis. silvis. excepto istis tribus expeditione pontis arcisve coedificatione.

Insuper ad augmentum predicte donationis gratia unam molinum[2] juxta dirivativis[3] cursibus aquarum LAMBURNAM perpetuali donatione dedi predicto ministro hoc tempore cachinantes nenias subdolosi hujus seculi dinoscuntur interdum inchoasse alienum lucrum sibi usurpative cum ambitione iniquitatis vendicare[4]. Sed torpentes avaritie incessus omnimodo in nomine sancte trinitatis ab omnibus christianis interdico. ita ut meum donum corroboratum sit cum signaculo sancte crucis. Etiam si quis alium antiquum librum in propatulo protulerit nec sibi nec aliis profitiat. set in sempiterno graphio deleatur ⁊ cum justis non scribatur nec audiatur. Denique vero si quis nobis non obtantibus nostrum hoc donum violari fraudulenter perpetrando consenserit. Consideret hinc se die ultima judicii coram Deo rationem redditurum atque cum reprobis quibus dicitur. "Discedite[6] a me maledicti in ignem eternum" penis atrocibus se esse passurum. si non antea corporea lamentatione emendaverit,

Mete de Lecham stede.[7] Istis terminis predicta terra circumgirata esse videtur,

Ðis synd þes landes gemæro æt lecham stede. Ærest[8] on dene pit[9] of þam pytte on þone hnottan þorn. of þam þorne on pines treop[10]. of pines treope on ðan[11] readan hane. þanon[12] on stigelhammas,. of stigeal[13] hammum on pigferðes leage norþe pearde. þanon[12] on ac dene. of acdene on crypsandic. þanon[12] þreores[14] ofer prestles[15] hylle on buccan crundel. of buccan crundele[16] on þa haran apeldere[17] þanon andlang standene. oð gyddan dene þþeores ofer peardan dune. oð þa dene andlang þære dene eft on dene pit[9].

Acta est hæc præfata donatio anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi. DCCCC. XLIII. Indictione. I.

✠ Ego Eadmundus rex Anglorum prefatam donationem cum sigillo sancte crucis confirmavi.

[1] Perreniter, S. [2] -nam, K. S. [3] Der., S. [4] Vin., K. S. [5] Non, omitted, S. [6] Matt. xxvi, 41. [7] Mete Lecamstede. x. mana, B. [8] Here the B. text begins. [9] Pyt, B. [10] Treope, B. [11] ða, B. [12] þoñ, B. [13] Stigel, B. [14] þ'p'ures, B. [15] prestles, B. [16] Crundle, B. [17] -dre, B.

✠ Ego Eadgyfu ejusdem regis mater predictum donum consignavi.
✠ Ego Eadred ejusdem regis frater consensi.
✠ Ego Oda Dorobornensis ecclesie archiepiscopus ejusdem regis donationem cum tropheo agie crucis consingnavi.
✠ Ego Þeodred Lundoniensis ecclesie episcopus confirmavi.
✠ Ego Ælfheah Ƿintoniensis ecclesie episcopus triumphalem tropheum agie crucis impressi.

✠ Ego Cenƿald
✠ Ego Ælfric
✠ Ego Ælfred
✠ Ego Æþelgar
✠ Ego Ƿulfhelm
episcopus consensi.

✠ Ego Ƿulfgar
✠ Ego Aþelƿold
✠ Ego Æþelstan
✠ Ego Ealhhelm
✠ Ego Eadric
✠ Ego Æþelmund
✠ Ego Vhtred
dux consensi.

✠ Ego Odda
✠ Ego Ƿulfgar
✠ Ego Eadmund
✠ Ego Ƿullaf
✠ Ego Ælfric
✠ Ego Ælfstan
minister con-
sensi.

✠ Ego Ælfstan
✠ Ego Ælfheah[1]
✠ Ego Æþered
✠ Ego Ælfsige
✠ Ego Æþered
✠ Ego Ƿihtgar
✠ Ego Æþelgeard
✠ Ego Ælfred
✠ Ego Ƿulfric
✠ Ego Ælfsige
✠ Ego Ƿulfhelm
minister consensi.

[A.] MS. Cotton, Claudius B. vi, f. 28.
[B.] MS. Cotton. Claudius C. ix, f. 199. (Boundaries only.)
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.* No. MCXLVII; from [A.]
[S.] *Chron. Abingd.*, ed. Stevenson, vol. i, p. 103.

---

790. *Synodal Epistle of Odo, Archbishop of Canterbury, to his Suffragan Bishops.* c. A.D. 943.

Mirabili cunctipotentis polorum præsulis[2] clementia opitulante, Ego ODO, æcclesiæ salvatoris domini nostri Jhesu Christi archiepiscopus, Dorvennensis[3] civitatis metropolitanus, COEPISCOPIS fidei catholicæ compagatoribus[4] spiritali caritatis[5] rigore[6] meis confratribus, præsentium prosperitatem æthereique decoris beatitudinem.

[1] -heal, S.
[2] Pol. præs., W. [3] Dorobern., S. W. [4] Compaginatoribus, S. W.
[5] Comitatus, added, *var.*, E., *Hamilton*. [6] Spiritali charitate etiam comitatus rigore, S. W.

Si aliquo modo fieri posset ut totius mundi opes ante nostros ponerentur obtutus, ita ut imperiali munere nobis universaliter deservirent, libenter illa omnia distribuerem, meque ipsum insuper pro vestrarum animarum impenderem, quippe quoniam me ipsum a vestræ sanctitatis studio cupio et spero corrob[or]ari super eo in quo dominus Deus nos operarios constituit.

* * * * *

Ideo[1] humiliter, quasi indignus sed devotus, precor et hortor sanctitatem vestram ne tepide et negligenter in regimine animarum conversemini, ut non in tempore tremendæ vindictæ conqueratur dominus de vobis, dicens: "Pastores[2] non pascebant gregem meam sed semetipsos"; et iterum: "Principes[3] extiterunt, et ego ignoravi"; sed potius curemus familiæ domini super quam[4] nos constituit rectores, cibum dare, in tempore suo mensuram tritici, probatam scilicet doctrinam. Et quamvis meritorum qualitate non præsumam consolari et hortari quemquam, quippe qui solus indignus et innumerabilium culparum reus, gaudeo et indigeo fraternis ammonitionibus fideliter corroborari; tamen propter antiquam auctoritatem prædecessorum meorum, beatæ scilicet memoriæ Augustini, et aliorum sanctorum, quorum studiis regula christianitatis primum ab[5] hac archiepiscopali sede cunctis finibus Anglorum innotuit; iccirco istos divinos apices ad utilitatem omnium vestrum caraxare decrevi, quatinus[6] rex augustissimus egregio vocabulo Edmundus, cum omni populo suo, imitari gaudeat, quod in nobis et ex nobis audiat, omnesque gentes quæ undique regali imperio ipsius subjectæ sunt, titulos liquidæ nostræ conversationis ovanter sequi ament et delectent.

[A.] Will. Malm., *Gesta Pontificum*, ed. Hamilton, p. 23.
[S.] Spelman, vol. i, p. 418.
[W.] Wilkins, vol. i, p. 214.

---

791. *Grant by King Eadmund to the thegn Ælfstan, of land at Aldington, between Minster, in the I. of Thanet, the R. Wantsume, and Reculver, co. Kent.* A.D. 944.

✠ In nomine sanctæ trinitatis. Quamvis decreta pontificum et verba sacerdotum velud fundamenta montium indistrictis ligaminibus fixa sint. Tamen plerumque tempestates et turbines sæcularium rerum etiam religio sanctæ Dei æcclesie maculis reproborum dissipabitur ac rumpitur. Idcirco incertum futurorum tempo-

[1] Idcirco, S. W. [2] Ezek. xxxiv, 8. [3] Hosea viii, 4. [4] Qua, S. W. [5] De, S. [6] Quatenus, S. W.

rum statum providentes posteris succedentibus profuturum[1] esse decrevimus . ut ea quæ communi tractu salubri consilio definiuntur sertis litterulis roborata confirmentur.

Qua propter ego . EADMUNDUS . rex Anglorum ceterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector. cuidam mihi fidelissimo ministro nomine . ÆLFSTANO[2] . devotionis ejus sollertia ejusdemque placatus obsequio. dignatus sum impertiri. bis senas mansas. quod Cantigene dicunt. *tpelf sulunga*. In illo loco ubi jamdudum solicole illius regionis nomen imposuerunt. ÆT EALDINGTUNE. Tali autem tenore hoc præfatæ munificentiæ munus tradendo concessi. ut possideat et firmiter teneat usque ad ultimum cursum vitæ suæ cum omnibus utensilibus quæ Deus cælorum in ipsa telluris gramine creavit. Tam in notis causis et ignotis. in modicis et in magnis . campis . pascuis . omnino .[3] donans donabo libertatem . Et postquam humani generis fragilitatem deseruerit et ad desiderabilem jucunditatis[4] viam per gratiam superni judicis adierit . succedentium . sibi cuicumque libuerit æternaliter derelinquat ceu[5] superius prænotavi . Sit autem prædictum rus liber ab omni fiscali tributo sæculariumque servitutum exinanitum. Sine expeditione et pontis arcisve instructione. Præcipioque in nomine Dei summi tam nobis viventibus quam etiam divina præcepta prædicantibus hujus libertatis statuta ad irritum deducere minime quispiam præsumat . quisquis benivola mente meam donationem amplificare satagerit in hoc præsenti sæculo vitam illius prospera feliciter longiturnæ vitæ gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate violenter invadere præsumpserit. Sciat se proculdubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum . Nisi prius digna satisfactione emendare maluerit.

Istis[6] terminibus prædicta terra circumgyrata[7] esse videtur. þis synt þa land gemæro to ealdingtune. Ærest on pestan raculfinga mearce be þære ea norþ be raculfinga mearce on þone hrycg peg ⁊ lang peges oþ þone nipan dic ⁊lang dices oþ mildryðe mearce suþ ⁊lang merce on þa ea pantsume ⁊lang pantsume oþ raculfinga mearce.

Acta est hæc præfata donatio . Anno ab Incarnatione domini nostri Jhesu Christi . DCCCCXLIIII . Indictione II.

✠ Ego Eadmundus rex Anglorum præfatam donationem cum sigillo sanctæ crucis ✠ confirmavi.

✠ Ego Eadred ejusdem regis frater consignavi.

✠ Ego Eadgifu[8] ejusdem regis mater consensi.

[1] Pro futurum, S. [2] Alfst., L. [3] No blank in L. [4] Ja., L.
[5] Seu, L. [6] Hiis, L. [7] -girata, L. [8] -fa, L.

✠ Ego Oda Dorobernensis æcclesie archiepiscopus ejusdem regis donationem cum tropheo agie crucis ✠ consignavi.

✠ Ego Ƿulfstan archiepiscopus prædictum donum subarravi.

✠ Ego Þeodred Lundoniensis æcclesie episcopus consensi.

✠ Ego Ælfheah Ƿintaniensis æcclesie episcopus triumphalem tropheum agie crucis ✠ impressi.

✠ Ego Cenpald[1] episcopus.
✠ Ego Ælfric episcopus.
✠ Ego Ælfred episcopus.
✠ Ege Æþelgar episcopus.
✠ Ego Burgric episcopus.
✠ Ego Ƿulfhelm episcopus.
✠ Ego Ƿulfsige episcopus.
✠ Æþelstan dux.
✠ Æþelpold dux.
✠ Æþelstan dux.
✠ Ealhhelm dux.
✠ Æþelmund dux.
✠ Eadric dux.
✠ Uhtred dux.
✠ Ƿulfgar minister.
✠ Eadmund minister.
✠ Ƿulfric minister.
✠ Ælfsige minister.
✠ Ƿulfric minister.
✠ Ælfstan minister.
✠ Ælfsige minister.
✠ Ælfheah minister.
✠ Beorhtpold minister
✠ Ælfgar minister.
✠ Æþered minister.
✠ Æþelgeard minister.
✠ Ƿihtgar minister.
✠ Ælfred minister.

Endorsed in handwriting of various dates: "Oda archiepiscopus. on Tenyt". "✠ þis is þara tpelf sulunga boc æt Ealdingtune þe Eadmund cing gebocode Ælfstane his þegne on ece yrfe". "Edmundus Rex dedit Aldintune Elfstano famulo suo". ". latine."

[A.] Brit. Mus., Ashburnham charters, No. xxiv.
[S.] *Ord. Surv. Facs.*, ed. Sanders, pt. III, pl. xxvi.
[L.] MS. Lambeth 1212, p. 398.

---

792. *Grant by King Eadmund to Ælfric Brenting, Bishop [of Hereford], of land at Baddanbyri, or Badby; Doddanford, or Dodford; and Efcrdune, or Everdon, co. Northampton.* A.D. 944.

✠ In nomine domini nostri Jhesu Christi. Quoniam[1] quidem transeuntis mundi vicissitudo cotidie per incrementa temporum crescendo decrescit. et ampliando minuitur[2]. crescentibusque re-

[1] Ceon., L.

[1] Quō, MS.; Quando, K.

[2] Minuetur, with *e* expuncted, and *i* overline, MS.

pentinis variorum incurs[u]um [ru]inis vicinus finis terminus esse cunctis in proximo cernitur . idcirco vanis ac transibilibus rebus mansura cælestis patriæ præmia mercanda sunt; Quam ob causam ego . Eadmundus . gentis Anglorum rex . cuidam pontifici meo mihique dilecto nomine . Ælfrico . ob ipsius laudabili ob[edi]entiæ zelo ejusdemque servitute placabili . dignatus sum impertiri . xxx mansas . in illo loco ubi jamdudum solicolæ illius regionis n[omen] inposuerunt . Æt Baddan byrig ⁊ to Doddanforda ⁊ to Eferdune : Tali autem tenore hóc præfatæ munificentiæ munus tradendo concessi . ut possideat et firmiter teneat hánc prædictam terram perpetualiter . cum omnibus utensilibus quæ Deus cælorum in ipso telluris gramine creavit ; Tam in notis causis et ignotis in modicis et in magnis . campis . pascuis . pratis . silvis silvarumque densitatibus donans donabo libertatem . ut postquam humani generis fragilitatem deseruerit et ad desiderabilem jucunditatis viam per gratiam superni judicis adierit succedentium sibi cuicumque libuerit æternaliter derelinquat ceu superius prænotavi . Sit autem prædictum rus liber ab omni fiscali tributo sæculariumque servitutum 'exactione' exinanitum . sine expeditione et pontis arcisve instructione . Præcipioque in nomine Dei summi tam nobis viventibus quam ætiam 'sequentibus' divina præcepta prædicantibus hujus libertatis statuta ad irritum deducere minime quispiam præsumat . Quisquis benivola mente meam donationem amplificare satagerit in hóc præsenti sæculo vitam illius prospera feliciter longiturnæ vitæ gaudia teneat . Si quis autem propria temeritate violenter invadere præsumpserit . sciat se procul dubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum . Nisi prius digna satisfactione emendare maluerit . Istis terminibus prædicta terra circumgyrata esse videtur .

✠ Ðis[1] sint[2] þa land gemæra ⁊ se embe gang þara landa to baddan byrig ⁊ to doddan forda[3] ⁊ to efer dune . ðæt is þone ærest æt baddan býrg[4] pestpeardre ⁊ norðepeardre æt þam lýtlan toclofenan beorge . þonne on gerihte of ðam[5] beorge norð to pearge dune . betpeox[6] þa lýtlan[7] tpegen beorgas . þæt þær norð ⁊lang ðære lýtlan[7] díc æt þæs grafes ende oð ða smalan ðornas . ðonne of ðam þornum úp on ða lýtlan[8] dune middepeardre . þonne of ðære dúne east on fox hýlle eastepeardre[9] .

Þonne[10] geuðe ic Ælfpine ⁊ Beorhtulfe[11] þæs leas ⁊ þæs[12] hammes be norðan þære lýtlan[7] dic .

[1] B. begins here, the text of the charter having been erased to make room for later entries. [2] Sind, B. [3] -dan, B. [4] -byrig, B. [5] ðan, B. [6] Bi., B. [7] Littlan, B. [8] Little, B. [9] peard, B. [10] This sentence is parenthetic, the *ic* probably refers to the Bishop Ælfric. [11] Beortulfe, B. [12] þes, B.

Ðonne lið ðæt gemære[1] on gerihte of fóx hylle norðepeardre[2] on þone holan peg æt hinde[3] hlýpan . þonne of hinde hlýpan on þone pýlle æt þam lea ufepeardan[4] . of ðam pýlle on ðæt heorot sol[5] . of ðam heorot sole[5] norð on gerihte on ðone beorg . þonne of ðam beorge[6] on gerihte to ðam lea . ꝥ forð be lea on piðig pýlles heafud . of ðam pýlle norð on gerihte on ða[7] ðórnehtan dune to emnes[8] þam geate æt þære ealdan býrg[9] . þæt fram ðam geate on gerihte east to mær pýtte . þonne of ðam pýtte on gerihte to ðam stane æt þam pýlle pið[10] norðan mæres dæl . þonne suð on gerihte ⁊lang pæclinga stræt on þone peg to peoduninga[11] gemære . þonne pest ⁊lang peges on ðone lýtlan[12] beorg . ðær se[13] stoc stod . ðæt þonan suðrihte on ðone ealdan mýlier[14] þær þa pelegas standað . ðæt pest ⁊lang burnan oð hit cýmð þær bliðe utscýt . þæt ⁊lang bliðan oð ða stan bricgge . ꝥ east of ðære bricgge . ⁊lang dic oð ðone hæþenan[15] býrgels . of þam býrgelse[16] forð norð be pýrttruman oð ðæs heges ende be peoduninga[11] gemære[17] . ꝥ þonan ⁊lang gemæres on gerihte to ðam stocce on eastepeardan[2] þam lea . of ðam stocce suðrihte on þære stræt . ⁊lang stræt to þære[18] fýrh ðe scýt suðrihte to þære miclan stræt æt þæs pýlles heafde æt snoces cumbes gemære . ꝥ pest ⁊lang stræt on ðone æsc . þæt fram ðam æsce ⁊lang stræt betpeox þa tpegen leas on ða ealdan sealt stræt oð ðone steorte[19] . fram þam steorte[19] ⁊lang þæs fulan broces oð bliðan .

Ðonne[20] is ꝥ land æt snoces cumbe healf þæs cinges healf 'uncer' brentinges[21] . buton me God geunne ⁊ min hlaford[22] þæt he his me geunnan pille .

Þonne gæð sio mearc[23] forð ⁊lang bliðan pest oð ðæt seo lacu utscýt on bliðan pið ufan stan bricgge . ꝥ norð ⁊lang lace . oð ða díc þonne ⁊lang díc oð ðone peg þe scýt to fealupes lea on þam slade . þæt on fealupes[24] lea þær[25] . ælfric[26] biscep redan het to þære

[1] Gæ., B. [2] peard, B. [3] Hynde, B. [4] -pærdan, B. [5] Heort sole, B. [6] Beorg, B. [7] ðam, B. [8] Emnes, B. [9] Byrig, B. [10] pyð, B. [11] -niga, B. [12] Littlan, B. [13] ðere þe, B. [14] -liær, B. [15] Heþ, B. [16] -gels, B. [17] Mære, B. [18] þere, B. [19] Stæ, B. [20] This sentence also is parenthetic. [21] Uncer berntpinges, B. For this patronymical name of a mark, or tribe,—to which Bishop Ælfric belonged, as is shown by the preceding word "uncer",—see Kemble, *Saxons in England*, ed. Birch, vol. i, p. 459. It should also find a place in p. 449. The Brentinges are mentioned in *Beowulf*, l. 5610, *ib.*, vol. i, p. 62 (= l 2807, *Grein*), where Kemble points to Brentingby, co. Leicester; as well as to Brantingham, co. York, and Brentingley (?), co. Leicester (p. 459). The river-name Brent may, by the potency of water-worship, be the origin of the tribal name. [22] Hlaf., B. [23] The use of the word "mearc" in juxtaposition with the previous mention of the "Brentinges", which falls under Kemble's list of patronymical names of ancient marks (at end of vol. i, *Saxons in England*), helps to establish the theory propounded by that writer in vol. i, chap. ii. [24] -pes, B. [25] Also parenthetic, and it is difficult to imagine how this finds its way into the original charter. [26] Ealf., B.

ealdan dic . ⁊lang dic to ðam pege þe scẏt úp to ðam hricgge . ⁊lang hricgges to þam pege þe scẏt fram fealupes[1] lea to baddan bẏ ane lẏtle[2] hpile . þonne of ðære apuldre þe stent pið pestan þam pege þurh þone lea to þam miclan hæsl pride . of þam hæsl pride adun on þa blacan rixa . of þam rixun[3] on þa lẏtlan[4] heçggan æt þam pege þe scẏt fram baddan bẏ[5] to cear pyllun . ⁊lang peges oð ðone broc þe scẏt to fealupes[1] lea to þam forda ðæt pest æfre[6] ⁊lang broces oð ðone peg þe scẏt to stæfer tune pið suðan þa ealdan burh æt baddan byrg[7] ꝥ pest ⁊lang peges oð to emnes þære micelan[8] dic oð pestepearde[9] þa[10] burh . ⁊lang ðære dic ⁊ be þære bẏrg pestepeardre[9] norð oð ðone tobrocenan beorg . ðe þær is toclofen[11] on norðpeardre[9] ⁊ on pesteweardre[9] baddan bẏrg[12] .

Acta ést hæc præfacta donatio . Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . D CCCC XL IIII . indictione . II .

✠ Ego Eadmundus[13] rex Anglorum præfatam donationem cum sigillo sancte crucis ✠ confirmavi .
✠ Ego Eadred ejusdem regis frater prædictum donum consignavi .
✠ Ego Eadgifu[14] ejusdem regis mater confirmavi cum sigillo sancte crucis . ✠ .
✠ Ego Oda Dorobonensis[15] ecclesie archiepiscopus ejusdem regis donationem cum tropheo agiæ crucis ✠ subarravi .
✠ Ego Pulfstan archiepiscopus ejusdem regis donationem confirmavi .
✠ Ego Ðeodred Lundoniensis ecclesie episcopus consensi .
✠ Ego Ælfheah Pintaniensis[16] ecclesie episcopus triumphalem tropheum agiæ crucis ✠ inpresi .
✠ Ego Cenpald episcopus consensi .
✠ Ego Ælfred episcopus confirmavi .
✠ Ego Æþelgar episcopus roboravi .
✠ Ego Pulfsie[17] episcopus consignavi .
✠ Ego Pulfhelm episcopus subarravi .

✠ Æþelstan dux .	✠ Aðelmund dux .
✠ Æþelpold dux .	✠ Pulfgar[19] minister .
✠ Æþelstan dux .	✠ Eadmund[13] minister .
✠ Ealhhelm[18] dux .	✠ Ælfsie minister .

[1] -pea, B. [2] Little, B. [3] -um, B. [4] Littlan, B. [5] Baddeby, B. [6] Efre, B. [7] Byrig, B. [8] Miclan, B. [9] peard, B. [10] þe, B. [11] -fan, B. [12] Baddenbyrig, B. [13] Ædm., B. [14] Eadpife, B. [15] Dorobern., B. [16] Pinton., B. [17] Pulfsi, B. [18] Ealhelm, B. [19] Pulgar, B.

✠ Ælfstan minister. ✠ Pulfric minister.
✠ Pulfric[1] minister. ✠ Pihtgar minister.
✠ Ælfsie minister. ✠ Ælfred minister.
✠ Æþelgeard minister. ✠ Æþered[2] minister.

Endorsed in a hand of the xiith century:—"Badebi"; *and in one of the xiiith*, "Baddebi".

[A.] Original charter in the British Museum, Augustus II. 63.
[F.] Brit. Mus., *Facs.*, pt. iii, pl. 11.
[K. 1] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccccxcix; from [A.]
[B.] MS. Cotton. Vespasian B. xxiv, f. 15b.
[K. 2] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. ccccii; from [B.] Boundaries in vol. iii, p. 421.

---

793. *Grant by King Admund to the thegn Wlfgar, of land at Hamtune*,[3] *on the R. Stour, co. Dorset.* A.D. 944.

HOC CONSECRATIONIS DONO INSCRIPTO ADMUNDUS REX HAMTUN AD DONACIONEM IMPERPETUUM CONSCRIPSIT.

Regnante domino nostro Jhesu Christo. Mundi hujus labentibus properanter temporibus regnaque functi cum regibus velocissimo transeuntibus cursu. licet stare firmiter a priori statu cito labi nullo sapiente ignotum[4], est. et gaudia hic fallentis vite quatiuntur et dissipantur. Iccirco incertum futurorum temporum statum providentes posteris succidentibus profuturum esse decrevimus. ut ea que communi tractu salubri consilio difiniuntur paginis saltem vilibus roborata confirmentur.

Quapropter ego ADMUNDUS[5] Rex Anglorum ceterarumque gencium in circuitu persistencium cuidam fideli meo ministro vocitato nomine WLFGARIO ob illius amabile obsequium ejusque placabili fidelitate[6] modicam numinis mei partem id est. V. mansas agelluli eternaliter tradendo concessi. vbi turbarum collacione jamdudum nomen illatum hoc adesse profertur AT[7] HAMTUNE. vt terram jam præfatam meo scilicet ovante concessu tramitibus sue possideat vite. deinceps namque sibi succidenti cui voluerit heredi derelinquat ceu predixi in eternam hereditatem. Maneat igitur meum hoc inmobile donum eterna liberalitate jocundum cum omnibus quæ ad ipsum locum pertinere dinoscuntur tam in magnis quam in modicis rebus. campis. pascuis. pratis. ⁊ silvis. excepto communi labore expedicione pontis. arcisve coedificacione.

1 Pulric, B. 2 Æþelred, B.
3 Perhaps Hammoon, or Ham Mohun, on the river Stour, near Shilling-Okeford, Mappowder, and Sturminster-Newton. 4 -ter, MS.; -tum, K. 5 Eadm., K. 6 -lem -tem, K. 7 Æt, K.

Si qui denique mihi non optanti hanc libertatis cartam livore depressi violari satagerint ⁝ agminibus tetre[1] caliginis lapsi vocem audiant examinacionis die arbitris[2] sibi dicentis. "Discedite a me maledicti in ignem eternum" ubi cum demonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in pena. si non ante mortem digna hoc emendaverint penitencia.

Istis terminibus prædicta terra circumgerata esse videtur ⁝

C Þis sand þe landes imare at hamtune. Arest of hefdeswelle on minnen[3] linc. of minnene[4] linche ⁝ on litiges heuede. of litiges heuede ⁝ anlang diche on sture at oxene bricge unen up anlang sture at sudwde. þannen ⁝ of þane hegen. of þane hegen ⁝ to dich. þanen anlang dich ⁝ ouer cinerget[5] mor ⁝ on þane mapelder. of þane mapeldere be þane akere heueden on chelbrichtes dich ⁝ anlang cuterget[5] mores on þane stream anlang streames ⁝ on adwines[6] imare þat eft on efdeswelle suthward. ⁝

Acta est hec prefata donacio anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi. DCCCCXLIIII. Indictione II^a ⁝

Ego Admundus[7] Rex Anglorum prefatam donacionem cum sigillo sancte crucis confirmavi. ✠.

Ego Oda Dorobernensis ecclesie archiepiscopus ejusdem Regis donacionem cum sigillo sancte crucis roboravi. ✠.

Ego Theodred Londoniensis ecclesie episcopus consignavi et ceteri. ✠.

[A.] MS. Harl. 61, f. 10b. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCCXCVII; from [A.] Boundaries in vol. iii, p. 420.

---

794. *Grant of Privileges by King Edmund to Glastonbury Abbey* A.D. 944.

PRIVILEGIUM[8] EDMUNDI REGIS.

In nomine domini nostri Jhesu Christi Ego EDMUNDUS[9] rex Anglorum ceterarumque gencium in circuitu[10] persistencium Gubernator ⁊ rector cum consilio ⁊ consensu optimatum meorum. pro eterne retribucionis spe ⁊ relaxacione peccaminum meorum concedo ecclesie Dei genitricis[11] Marie GLASTONIE. ⁊ venerabili viro

[1] T're, MS.; tetrae, K. [2] -tri, K. [3] Nunnen, K. [4] Nunnene, K. The MS. is obscure in the manner of writing, nūnė, or minė; nunnene, or minnene.
[5] Cunegar, or Coneygar. [6] Eadw., K. [7] Eadm., K.
[8] Title omitted, B. C. K. [9] Eadm., K. [10] In circ. gen., C.
[11] Gene., K.

DUNSTANO quem ibidem abbatem constitui libertatem ⁊ potestatem jura ⁊[1] consuetudines ⁊ omnes forisfacturas omnium terrarum suarum[2] . Burgebrice[3] . Hundredsocne[4] athas[5] . Ordelas[5] Infangene þeofas[6] . Hamsocne[7] frithbrice[8] . forestealle[9] . ⁊ team[10] in omni regno meo ⁊ sint terre sue[11] libere ⁊ solute ab omni kalumpnia[12] sicut[13] mee michi habentur . Set precipue ipsa villa Glastonie[14] . in qua celeberrima[15] ecclesia[16] sita est pre ceteris sit liberior cum terminis suis Abbati tantum[17] ejusdem loci tantummodo potestas sit tam in notis causis quam[18] ignotis in modicis ⁊ in magnis ⁊ 'etiam in hiis[19] queque[20] super ⁊ subtus terram in aridis ⁊ in rivis in silvis ⁊ in planis ⁊ eandem auctoritatem puniendi aut[21] dimittendi delinquencia in ea[22] commissa habeat quam mea curia quemadmodum mei antecessores concesserunt ⁊ statuendo firmaverunt videlicet Edwardus pater meus ⁊ Elfredus pater ejus ⁊ Centuwynes[23] Ines . Cuthredus[24] ⁊ alii quamplures qui locum illum honorantes gloriosum habuerunt ⁊ apostolica auctoritate Roboraverunt . quibus cum omni alacritate consencio[25] . Et ne quisquam mortalium seu episcopus aut[26] dux vel[27] quislibet minister[28] eorum . audeat eam temere[29] intrare causa placitandi vel Rapiendi vel quippiam faciendi quod contrarium 'possit esse[30] inibi Deo servientibus Dei interdiccione prohibeo .

Quisquis igitur benivola[31] mente meam donacionem ampliare[32] ⁊ privilegii dignitatem servare[33] satagerit[34] in hoc presenti seculo vita illius 'prospera sit ⁊[35] longiturne vite gaudia teneat . Si quis autem propria temeritate violenter invadere temptaverit[36] . Sciat se procul dubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum nisi prius digna satisfaccione emendare m'a'luerit[37] .

[1] Et omitted, B. [2] Id est, added, B. C. K. [3] Burhgerihta, B.; burgbrice, C.; burgeritha. K. [4] Et hundredsetena, B. K.; socna, C. [5] Et, added, B. K. [6] Infangetheofas, K. [7] -na, C.; et, added, B. K. [8] Fridelrice, K.; et, added, B. K. [9] Et tol, added, B.; et toll, added, C. [10] Forstell et toll team, K. [11] Sibi, added, B. C. K. [12] Cal., B .C. K. [13] Sicuti, B. [14] -nia, K. [15] Vetusta, added, B. C. K. [16] Sancte Dei genitricis, added. B. C. K. [17] Tantum, omitted, B. [18] In, added, B. C. K. [19] In his etiam, B.: in hiis etiam, C. K. [20] Quæ sunt, B. C. K. [21] Et, B. [22] In ea, omitted, B. [23] Cheutwines, B. [24] Et Chutþredus, B.; pater meus Eadw. et Ælf. p. e. et Centwine, Ine, Cuðredus, K.; pater m. Edw. et Elf. p. e. et Kintwynes. Ines. Cuthredus, C. [25] ⁊ apostolica .... consencio, omitted. B.; quibus ... consencio, omitted, C. K. [26] Vel, B. [27] Aut, B.; aut dux, aut princeps, aut, C. K. [28] -trorum, B. C. K. [29] Omnino, B. C. K. [30] Fore possit, B. [31] Bene., K. [32] Amplificare, B. [33] -cionem .... servare, added in later hand on margin, MS.; et privilegii .. servare, omitted, B. [34] Sateg., B. [35] Feliciter, B. [36] Presumpserit, B. [37] Altered from vol., MS.

Acta est autem hujus privilegii pagina . Anno dominice incarnacionis nongentesimo quadragesimo quarto indiccione secunda[1] .

Ego[2] Edmundus rex Anglorum prefatam donacionem cum sigillo sancte crucis confirmavi .

Ego Eadred ejusdem regis frater consensi .

Ego Eadgiva ejusdem regis mater predictum donum consignavi .

Ego Oda Dorobernensis ecclesie archiepiscopus ejusdem regis donacionem cum tropheo agie crucis subarravi .

Ego Wlfstanus archiepiscopus prefatam donacionem confirmavi .

Ego Elpheah Wintoniensis ecclesie episcopus triumphalem tropheum agie crucis impressi .

Ego Wlfhelm[3] Fontanensis episcopus corroboravi .

Scriptaque est literis aureis in libro ewangeliorum quem eidem ecclesie optulit [4]opere satis eleganti composito[4] .

Will. Malm., *Lib. de Antiq. Glaston. Eccles.*; in [A.] Brit. Mus., Add. MS. 22,934, f. 15.
Migne, *Patrol. Cursus*, vol. 179, col. 1713.
Will. Malm., *Gesta Regum*, lib. ii, § 143; in [B.] Brit. Mus., MS. Reg. 13 D. 11, f. 35*b*.
[H.] Hardy's edit., vol. i, p. 227.
Repr. in Migne, vol. 179, col. 1109.
[C.] MS. Cotton, Tiberius A. v, f. 71*b*. (John of Glastonbury.)
[D.] MS. Ashmole, 790, f. 80. (John of Glastonbury.)
Dugdale, *Mon. Angl.*, vol. i, p. 26; from [D.]
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. cccc; from [D.] and other sources.
Thorpe, *Dipl.*, p. 187; from [D.] See also references to No. 1.
Spelman, *Concilia*, vol. i, p. 427.
Wilkins, vol. i, p. 217.

---

795. *Grant by King Eadmund to the Nun Ælfgyth, of land at Rollandun, or Rollington, in Bulbridge,*[5] *on the R. Noddre or Nadder, near Wilton, co. Wilts.* A.D. 944.

ROLLENDUNE.

VIS HIS ÞARE ÞREORA HIDA BOC BE ROLLANDUNE ÞE EADMUND CYNG GE BOCODE ÆLFGYÞE NUNNAN ON ECHE YRFE FOR GODES LUFAN ⁊ FOR HIRE GE BEDRÆDENNE .

In nomine Dei summi et altissimi Jhesu Christi . Quamvis decreta pontificum et verba sacerdotum velud fundamenta montium indistrictis ligaminibus fixa sunt . Tamen plerumque [per][6] tempestates et turbines secularium rerum etiam religio sancte Dei ecclesie

[1] Acta est hec prefata donacio . anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . DCCCC^{mo} . XL^{mo} . IIII^{to}. [2] These subscriptions only in C. D. K. [3] Wolfhelm, D. [4] Eleganti satis opere compositum, B.; composito qui "textus Sancti Dunstani" dicitur, C. D.

[5] See Hoare, *Mod. Wilts, Branch and Dole*, p. 32. [6] [per], added, K.

maculis reproborum dissipabitur hac[1] rumpitur. Idcirco incertum futurorum temporum statum providentes posteris succedentibus profuturum esse decrevimus. ut ea que communi tractu salubri consilio definiuntur sertis[2] literulis roborata confirmentur.

Quapropter ego EADMUNDUS. rex Anglorum ceterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector. Hanc elemosinam mihi providens prodesse profuturum. quicquid piis petitionibus pro Dei amore largitus sum ut evangelica provulgatur oratio. "Date et dabitur vobis". Cuidam sancte conversationis monialis[3] femine vocitate nomine ÆLFGYÞE. modicam numinis mei partem. id est. tres mansas agelluli eternaliter tradendo concessi in loco illo ubi ruricoli appellativo usu ludibundisque vocabulis nomen indiderunt. BE ROLLANDUNE. ut habeat et firmiter teneat usque ad ultimum cursum vite sue. cum omnibus utensilibus que Deus celorum in ipsa[4] telluris gramine creavit. Tam in notis causis. et ignotis. in modicis. et in magnis. campis. pascuis. pratis. Cursibusque aquarum. donans donabo libertatem. et postquam humani generis fragilitatem deseruerit et ad desiderabilem jocunditatis viam per gratiam superni judicis adierit. Succedentium sibi cuicumque libuerit eternaliter derelinquat ceu superius prænotavi. Sit autem prædictum rus liber ab omni fiscali tributo seculariumque servitium[5] exinanitum. Sine expeditione et pontis arcisve instructione præcipioque in nomine Dei summi tam nobis viventibus quam etiam divina precepta prædicantibus hujus libertatis statuta ad irritum deducere minime quispiam præsumat.

Quisquis benivola mente meam donationem amplificare satagerit in hoc præsenti seculo vitam[6] illius prospera feliciter longiturne vite gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate violenter invadere præsumpserit. Sciat se proculdubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum. Nisi prius digna satisfactione emendare maluerit.

Istis terminibus prædicta terra circumgyrata esse videtur.

Þis synt þa land gemæra to prollendune.

Aerest up of noddre staþe on easte peardne hunda ham. þonnen up on gerihte to þam stapole. þonon up ofer deor hlinc. of þam hlince to þam beorge. to ælfredes land scare. þonne is hit þær feoper furlanga brad butan feoper gyrdan. þonne gæþ hit þaer niþer be þara pyrhtena land scare oþ pines hlinces heafod. ⁊ þonon niþer oþ þæt hit cumð in on noddre þonne six Æceras be norðan noddre

[1] Ac, K. [2] Ce tis, K. [3] -li, K [4] Ipso, K. [5] -tio, K. [6] Vita, K.

aratras in illo loco ubi jamdudum . solicole illius regionis nomen imposuerunt at SIBRIGHTESWEALDE . Tali autem tenore hoc prefate munificencie munus tradendo concessi ut possideat ⁊ firmiter teneat usque ad ultimum vite sue cursum , cum omnibus utensilibus que Deus celorum in ipsa telluris gramine creavit , tam in notis causis[1] ⁊ ignotis in modicis ⁊ in magnis campis pascuis silvis omnino donans donabo libertatem . Et postquam humani generis fragilitatem deseruerit , ⁊ ad[2] desiderabilem jocunditatis viam per graciam superni judicis adierit succedencium sibi cuicunque libuerit[3] eternaliter derelinquat seu superius prenotavi . Sit autem predictum rus liber ab omni fiscali tributo . secularriumque servitutum exinanitum sine expedicione. ⁊ pontis arcisve instruccione .

Precipioque in nomine Dei summi tam nobis viventibus quam eciam divina precepta predicantibus hujus libertatis statuta ad irritum deducere minime quispiam presumat . Quisquis benivola mente meam donacionem amplificare satagerit in hoc presenti seculo vita illius amplificetur feliciter longiturneque vite gaudia teneat . Si quis autem propria temeritate violenter invadere presumpserit , sciat se proculdubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum . Ni prius digna satisfaccione emendare maluerit .

Istis terminibus predicta terra circumcincta esse videtur .

Of cymesing on otþunes hyldan ufepyrde ⁊lang ricges oð ða stret niðer ⁊lang strete ⁊ spa norð on aggint[4] beorgas of hagging beorgan ! on brynessole of brynessole ⁊lang colredinga ge mercan oð helfesdene oð[5] helfesdene oð lectan æcer , oð[5] lectan æcere , oð pittham ut on ðone feld , oð bealdessol of[5] bealdessole , pest oð stylfing' on ðone kalepanstoce of ðam kalepan stocce on beodune oð ðone caldanpeg ⁊lang peges est[6] ong[7] , cymesing .

Acta est hec prefata donacio . Anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi . DCCCC . XLIIII . indiccione . II .

[A.] MS. Cotton, Claudius D. x, f. 62.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MCXLIX; from [A.]
[B.] *See* No. 755.

---

798. *Grant by King Eadmund to the thegn Ælfheah, of land at Linford, co. Bucks.* A.D. 944.

CARTA REGIS EDMUNDI DE LINFORD .

Regnante in perpetuum domino nostro Jhesu Christo . Egregius agonista sermocinatus est in scripturis[8] divinis " omnia[9] que videntur temporalia sunt . que autem non videntur eterna" . Iccirco superflua utentibus divinus sermo ut supra taxati sumus terribiliter premonet . ut hujus seculi caduca contempnentes spiritaliaque imitantes[10] celestia properemus ad regna .

[1] Quam, added, B. [2] Ad, omitted, B. [3] Succedentibus filii[s] abbatibus ⁊ sanctis apostolis famulantibus, B. [4] Agging, K. [5] Of, K. [6] ? *for* eft. [7] On, K.
[8] Div. scr., K. [9] 2 Cor. iv, 18. [10] Immit., S.

Quapropter Ego EADMUNDUS rex Anglorum ceterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector cuidam fideli meo ministro vocitato nomine . ÆLFHEAGO in eternam hereditatem '[h]ilariter' inpedirem[1] . VI mansas agelluli in illo loco[2] vulgares prisco more mobilique relatione vocitant ÆT LINFORDA ut ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu vivat . et post se cuicumque voluerit heredi derelinquat ceu supradiximus in eternam hereditatem . Sit autem predicta terra cum omnibus ad se rite pertinentibus libera . campis pascuis . pratis . silvis . exceptis istis tribus . expeditione pontis . arcisve constructione .

Si qu'i's vero quod non optamus contra nostrum hoc decretum machinari vel infringere aliquid voluerit . sciat se rationem graviter redditurum in die judicii ante tribunal domini nostri Jhesu Christi nisi prius hic digna emendaverit penitentia ante mortem .

Mete de Linford.[3] Istis terminis prædicta terra circumgirata esse videtur .

Ðis sint þa land gemæro to Linforda betƿeox eccene ⁊ cillariþe .

Acta est hec donatio præfata . Anno[4] ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . DCCCC . XL . IIII . indictione . II^a^.

Testes.[3] ✠ Ego Eadmundus rex Anglorum præfatam donationem cum sigillo sancte crucis confirmavi .

✠ Ego Eadred ejusdem regis frater consensi[5] .

✠ Ego Eadgifu . ejusdem regis mater prædictum donum consignavi .

✠ Ego Oda Dorobornensis ecclesie archiepiscopus ejusdem regis donationem cum tropheo agie crucis subarravi .

✠ Ego Ƿulfstan archiepiscopus roboravi .

✠ Ego Ælfheah Ƿintoniensis ecclesie episcopus triumphalem tropheum agie crucis inpressi .

✠ Ego Cenƿald	episcopus consensi .	✠ Ego Æþelstan	dux consensi .
✠ Ego Ælfric		✠ Ego Æthelƿold .	
✠ Ego Ælfred		✠ Ego Æþelstan	
✠ Ego Æþelgar		✠ Ego Ealhhelm	
✠ Ego Ƿulfsige		✠ Ego Eadric	
✠ Ego Ƿulfhelm		✠ Ego Æþelmund .	

[1] Hilariter mpenderem, K.; ilariter impenderim, S. [2] [ubi], added, K., to complete the sense. [3] Rubric omitted, K. For this and the next paragraph B. reads:—*Termini vi . mansarum ad Linford* . Be tƿeox eoccene ⁊ cilla riðe . synd þa land gemæro to linforda. [4] Anno, repeated by error in MS. [5] Consignavi, K.

✠ Ego Ƿulfgar ✠ Ego Eadmund ✠ Ego Ƿulfric . ✠ Ego Ælfsige ✠ Ego Ƿulfric ✠ Ego Ælfstan .	minister consensi .	✠ Ego Ælfstan . ✠ Ego Ælfheah ✠ Ego Æþelgeard ✠ Ego Ƿihtgar ✠ Ego Ælfred ✠ Ego Æþered[1]	minister consensi .

[A.] MS. Cotton, Claudius B. vi f. 29.
[S.] *Chron. Abingd.*, ed. Stevenson, vol. i, p. 106.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MCL; from [A.]
[B.] MS. Cotton, Claudius C. ix, f. 198. Boundaries only.

---

799. *Grant by King Edmund to the Earl Athelstan, of land at Brentesforlong or Brent, on the River Axe, co. Somerset.* A.D. 944.

CARTA REGIS EDMUNDI FACTA ATHELSTANO COMITI DE BRENTEFORLONG[2].

In nomine domini nostri Jhesu C[h]risti salvatoris quoniam quidem[3] transeuntis mundi vicissitudo cotidie per incrementa temporum crescendo decrescit et ampliando minuatur crebrescentibusque repentinis variorum incursum[4] ruinis vicinus finis terminus esse in proximo cernitur. Iccirco vanis ac transibilibus rebus mansura celestis patrie premia mercanda sunt.

Quapropter ego EDMUNDUS rex Anglorum hujusque provincie Britonum ruris gubernator cuidam fideli meo comite vocitato nomine ATHELSTANO ob illius amabile obsequium ejusque placabili peccunia id est octoginta mancusas de purissimo auro aliquam partem terre juris mei perpetuali donacione libenter concedo duas mansas illic ubi vulgus prisca relatione vocitat. OF BRENTESFORLONG[5]. juxta dirivativis[6] fluencium successibus. BE EXAN. ut habeat ac possideat quamdiu vivat et postquam universitatis viam adierit cuicumque voluerit heredi derelinquat seu supradiximus in eternam hereditatem. sit[7] autem pretitulata donacio libera ab omni regali servicio et ab aliena ambicione mundalium curarum nisi quod communi populo previdendum est. id est pontis arcisve[8] constructione et promptissimum[9] itiner expedicionis transitus cum omnibus que rite ad predictam terram pertinere dinoscuntur. campis. paschuis. pratis. silvis. aquarumque cursibus.

Si quis autem propria temeritate violenter invadere presumpserit nostram prenotatam donacionem sciat se proculdubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque racionem redditurum.

[1] Æðelred, K.
[2] -lond, B. [3] -dam, B. [4] Mensium, B. [5] Brentefordland, B.
[6] Dirivantis, B. [7] Sic, A. [8] Artis ve, A. [9] -mi, B.

Istis terminibus predicta terra circumgirata esse videtur.

☾ Erest so landschere geth of exan up on erfdion[1] þane up on conanleyghbrok[2] þane up on thene wey þanen north on. wulwythelandschere at alfredes þane þare of dune to cridican. þanen [on] lactancumbesbrok[3] on midlisso[4]. þanen up on grenewey on þar nedesslo þanen on dich of fulere. þane a doun[5] on geganbrok[3]. þane[6] up on geganbrok[3] of foulangford þane on herepath of kingeslandschere[7]. þe elde dich. þane up riȝt on bedesberghe[8] of beddesberghe[9] on 'bright hulle[10] on blakanhulle. þanen on bradenanhulle. þanen a doun[5] on lake so eft right[11] on exan. þane[12] a doun[5] of[13] exan of Kirfdian.

Acta est hec prefata donacio. anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi. DC. C. C. C. XLIIII. indiccione secunda.

✠ Ego Edmundus rex Anglorum prefatam donacionem cum sigillo sancte crucis confirmavi.

✠ Ego Oda[14] Dorobornensis ecclesie archiepiscopus ejusdem regis donacionem cum tropheo agie crucis consignavi.

✠ Ego Wolstan archiepiscopus ejusdem regis donacionem cum sigillo sancte crucis subarravi.

✠ Ego Wuldred Londoniensis ecclesie episcopus predictum donum confirmavi.

✠ Ego Alfath[15] Wintoniensis ecclesie episcopus triumphalem tropheum agie crucis impressi cum multis aliis.

[A.] MS. Bodl., Wood, i, f. 201. (Kindly collated by Mr. G. Parker.)

[B.] Marquess of Bath's MS. at Longleat, f. 334. (Kindly communicated by Mr. F. H. Dickinson.)

---

800. *Grant by King Edmund to the thegn Wolfric, of land at Netelintone, or Nettleton, co. Wilts.* A.D. 944.

CARTA EDMUNDI REGIS FACTA WULFRICO MINISTRO SUO DE NETELINGTONE.

Regnante imperpetuo Domino nostro Jhesu Christo. Sacre autem scripture edita forma catholicorum patrum nos admonet ut memores simus quoniam quidem transeuntis mundi vicissitudo cotidie

[1] -an, B. [2] Conanleghbroke, B. [3] -broke, B. [4] Middislo, B. [5] Dun, B. [6] þan, B. [7] Kyngges., B. [8] Up rich on beddes bergh, B. [9] -bergh, B. [10] Briggemores heved þanne a dun on streme on brigges mores biche midward þanne up rich overe drotarshulle, B. [11] Rich, B. [12] þanne, B. [13] On, B. [14] Odo, B. [15] Alfeth, B.

per incrementa temporum crescendo decrescit et ampliendo minuatur . crebrescentibusque repentinis variorum incursuum ruinis vicinus finis terminus esse cunctis in proximo cernitur . iccirco vanis ac transibilibus rebus mansura celistis patrie premia mercanda sunt .

Quapropter ego EDMUNDUS rex Anglorum ceterarumque gencium in circuitu persistencium gubernator et rector cuidam meo fideli ministro vocitato nomine WOLFRICO ob illius amabile obsequium ejusque placabilem fidelitatem dignatus sum impartiri bis denas mansas quod Anglice dicitur . *twenti hide* . ubi turbarum collacione jamdudum nomen illatum hoc adesse profertur at NETELINTONE . hoc igitur tellus prefatum omnibus cum appendiciis silvis et campis paschuis atque pratis magnis vel minimis sit quoque liber libertate prefixa ab omni jugo servili cum universis que pertinent sibi tribus pretermissis non obmittendis expedicione pontis municionisque confectione deinceps namque sibi succedenti cui placuerit sibi relinquat heredi in eternam hereditatem . Nam quisquis seculorum in generacione Belial gnatus nostrum hoc volumen inmutare temptaverit inde reus [s]celere judicii die magna cum turma truces trudatur in flammas nisi hoc in seculo penitencie prius fletu detersus hinc se corrigere studuerit .

Istis terminibus predicta terra circumgirata esse videtur .

Ærest endlang þe fer to Alorbroke endlang Alorbrokes to Wodeford . of Wodeford to Streteford of Streteford to Meredich vp of Meredich out to bilham þat hit comet to langforlang suthward þanen to Hengrave of Hengrave to cefelandgrave þanen to abbanberghe to þan orputten to þe fer ist[1] sone[2] .

Acta est hec prefata donacio anno ab incarnacione Domini nostri Jhesu Christi . DC . C . C . C . XIIII . indictione secunda .

✠ Ego Edmundus rex Anglorum prefatam donacionem cum sigillo sancte crucis subarravi .

✠ Ego Oda Dorobornensis[3] ecclesie archiepiscopus ejusdem regis donacionem cum sigillo sancte crucis confirmavi cum multis aliis .

Hanc ruralem possessionem predictam Wulfric post obitum conjugis sue data cartula commendavit . quod tamen Elswine factus monachus et ad monasterium rediens opere implevit .

[A.] MS. Bodl., Wood, i, f. 231. (Kindly collated by Mr. G. Parker.)
[D.] Dugdale, *Mon. Angl.*, vol. i, p. 60.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCCXCVIII from [A.] Boundaries in vol. vi. p. 232.

[1] ? ift *for* eft. [2] Stone, D.; ferist stone, K. [3] Doroberensis, D.

801. *Grant by King Eadmund to Ælfric, Bishop of Ramsbury*[1] *(?) of land at Bleobury, or Bleawbury, co. Bucks.* A.D. 944.

CARTA REGIS EADMUNDI DE BLEOBIRG.

In nomine Dei summi . ⁊ altissimi Jhesu Christi omnibus prudentibus qui Deifice contemplationis beatitudinem in mentis sue hospicio cernere cupiunt manifestissimis signis constat quod quemquam[2] potis esse transitoriis imis alta celestia sine fine mansura capescere . Si illius antiqui ⁊ infesti trucisque tiranni et humani stirpis sev[i]ssimi multatoris truculenta inprobitas obstaculum bonorum virtutum incrementis calculatur . ⁊ velud spurcissima et venenata melanconie[3] truculenta spicula furorum inspirata flaminum invectione affidorum intimis precordiorum Christi vernaculorum receptaculis abnegando respuendo detestantur cordetenus funditusque enerviter contempnitur ut precelsa vox conditoris nostri au ore[4] proprio tonans "vos qui secuti estis bonis operibus centuplum accipietis ⁊ vitam possidebitis eternam". cujus scilicet fervoris igne coarctus ego EADMUNDUS Angligenarum rex cuidam pontifici[5] meo mihique fervoris igne dilecto nomine quod constat. ÆLFRICO . veneranda pro ejus solide fidelitatis prudentia centum terre mansas ei stilo perhenni trado . quodam in loco venerabili antiquitus et adhuc cognomine noto BLEOBURG . appellato quatinus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat . dum hujus labentis evi cursum transeat inlesus atque vitalis spiritus in corruptibili carne inhereat cum omnibus que ad ipsum locum pertinere dinoscuntur tam in magnis quam in modicis rebus . campis . pascuis . pratis . silvis . dirivative[6] . cursibus aquarum hanc prenotatam munificentiam incipiente anno tercio[7] regni mei roboravi adque[8] confirmavi ut omnibus mundialibus coangustiis sit liber nisi quod nostra communi labore pertinet minime cuiquam in oblivione illud tradendum est id est expeditione pontis arcisve construccione ⁊ postquam universitatis viam adierit predictam donationem cuicunque voluerit heredi derelinquat ceu superius predixi in eternam he[re]ditatem .

Si quis benivola mente hanc largifluam munificentiam augere voluerit archons supernorum civium et gubernator terrestrium retributionem in eternis habitaculis dignetur concedere . Ideo

[1] Sherborne, S., *index*. [2] Quisque, K. [3] Melancoliae, K.
[4] Amore, K.; ab ore, S. [5] Called "ministro" in the paragraph introducing the charter in the text of A.; see p. 109. [6] -visque, K. [7] The third year of Edmund is A.D. 944. [8] Atque, S. K.

scripsimus novam cartulam quia antiquum librum non habebamus. Set si quis in propatulo aliam cartulam produxerit. sciat se proculdubio cum sempiterno syngrapho agie crucis ab omnibus fidelibus abdicatam et ad nichilum valeat. Si quis vero prout non optamus maledicti serpenti suggestioni[1] et avaritie estibus inflatus sic demonice fermentationis stimulo incedens nostrum integrum ⁊ inviolatum donum fraudulenter infringere probaverit noverit se proculdubio cum Anna et Zaphira satellitibusque eorum herebica eterne anatematis macera perforandum nisi prius digna satisfacione[2] emendare voluerit.

Mete de Bloburig. Istis terminis predicta terra circumgirata esse videtur.

Qua propter Ego EDMUNDUS[1] rex Anglorum ceterarumque gencium in circuitu persistencium gubernator et rector mee dilecte conjugi vocitamine ETHELFLED devocionis ejus solercia dignatus sum impartiri. C. mansas in illo loco ubi jam dudum sollicole illius regionis nomen imposuerunt. AT DOMERHAM. cum. Mertone. et Pentringtone. tali autem tenore ho[2] prefate munificencie munus tradendo concessi ut possideat et firmiter teneat usque ad ultimum cursum vite sue cum omnibus utensilibus que Deus celorum in ipso telluris gramine creavit tam in modicis causis quam in magnis. campis. paschuis. pratis. silvis. donans donabo libertatem et postquam humani generis fragilitatem deseruerit et ad desiderabilem jocunditatis viam per graciam superni judicis adierit pro communi nostrarum erepcione animarum et abstercione piaculorum ad ecclesiam vetustam beate Dei genitricis Marie in monasterio. Glastingensi. derelinquat precipiens in nomine sancte trinitatis ut nemo successorum nostrorum regum vel alicujus gradus vel unius pedis longitudinem de supradicto ruro[3] ab illa sancta ecclesia ullatenus auferat. Sed fixum hoc donum et monasterialem usum permaneat.

Si quis vero mee largitatis tradicionem conservare adaugere voluerit adaugeat omnipotens Deus qui[3] prosperos dies in presenti seculo et in futuro cum justis premia eterne felicitatis concedat. Si quis ergo tunc non utinam tam audax ac necgligens fiat qui meum donum infringere seu imitare presumat anathema et expers celestis regni sit nisi digne ante reparacionem fragilis corporis et eterni spiritus emendaverit hec predicta terra libera ab omni regali servicio maneat. Excepto[3] expedicione arcisque constructione pontisve quod omnibus commune est.

Þis beth þe landmere of Domerham. at þare aissh' at penegeforde from þan stede endlangbrokes to þis erlisford of þan ford' to brinesforde and so endelang mereborne to þare heghe brugge and soa endelang þis elde weyes to brocliford and end lang brocliford to pulewe and so endelang þer wite lak' up on kingberwes and þanne riȝt up an brokhurste and ende lang þare lake to ther hide. of lospushale and so bi talayate an þanne to þar dich bi weste widemere and soa ende lang rigges to upiate and from upyate ende lang dich to wideyate ant þanne to þan gore and þanne so to cote-

[1] Edwardus, altered to Edmundus, as above.

[2] Sic, MS., for hoc.

[3] Sic, MS.

lesburgh' and þanne so to ther seuenestrete and of þer seuenestrete to coteleshed and soa endelang þer strete dich to wilteneweie and ende langweyes to þan langeberghe ant þanne riȝt in the wide dich and of þer dich ouer knolle to acclei[1] and so to hedstokke and þanne to þes drakenhorde in on þar siderer and so ende lang þare dich to þan frimde dich and so in on þe mere and of þan mere in on þan landschere stok and of þare stokke in on coppenthorn and þanne to þan ellenebem and so walke stille and þanne to prestes yate endlangweies up on holebroke hulle and so to þe sladisheuede of þe sladisheuede in to þan aissh' . to pennegaford þare þer ongunne yat . stant in wiltschire dorseteschire and hampteschire .

[A.] Bodl. MS., Wood, i, f. 228b. (Kindly copied by Mr. G. Parker.) | [H.] Hardy's MSS. in Record Office.

818. *Grant by Eadred to the thegn Wulfric, of lands at Didelingtone, or Didlington, co. Dorset.* A.D. 946.

DUDELINGTONE.

ÞIS HIS ÞÆRE . V . HIDE BOC ÆT DYDELINGTUNE ÞE EADRED CING GEBOCODE ƿULFRICE LIS ÞEGNE ON ECHE YRFE.

Regnante[2] inperpetuum domino nostro Jhesu Christo . Summo ineffabili rerum creatori ac moderatori omnium temporaque sua multimodo disponens temporibus potentiam ut voluerit finem imponet . Et in hac vita degentibus cunctis certum ut proposuerat[3] dierum terminum constituet . Idcirco cunctis agendum est ut hic bonis actibus future beatitudinis felicitatem perpetualiter adipisci mereatur[4].

Quapropter ego EADREDUS rex Anglorum ceterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector . Cuidam meo fideli ministro vocitato UULFRICO . V . mansas agelluli eternaliter in possessionem trado illi . in loco quem dicunt . ÆT DIDELINGTUNE . Habeatque vite sue tempore meum hóc regale donum non contradictum sed prospere quod potius opto cum omnibus illuc pertinentibus majoribus minoribusve maximis vel in minimis . campis . pascuis . pratis . silvis . Expleto siquidem dierum tempore suorum succedentium sibi carorum . cuicunque sibi placuerit menti derelinquat et tradat veluti preposueram ipse in eternum et inter catervas subripientium[5] futuris temporibus quod absit Belial . si

[1] Aclei, H.
[2] *Cf.* No. 754. [3] Præp., K. [4] -antur, K. [5] Subscriben., K.

quis filius cartam hanc jure meo conscriptam inimicali zelo corrumpere desideraverit si[1] non dubitet a cunctis regni mei servientibus Deo . nunc et tunc et usque in sempiternum abdicatum et excommunicatum sine fine cruciandum . unde post mortem a tartareis raptus ministris in profundum pestifere mortis inferni flammigera[2] concludetur in domo . Et ibidem in quandam ollam Uulcani ligatis proitietur menbris[3] que assidue bulliente pice repleta esse testatur Et a talibus frangentibus seu minuentibus intolleratissime atrociterque absque ulla misericordia sentitur . Nisi hoc ante mortem penetentie lamentis emendaverit .

Istis terminibus predicta terra circumgyrata esse videtur .

Ƿis syndon þa land gemæro into dydelingtune . Arest on lindune eastepeardre to þare hina gemære on cheoles burge eastgeat . þonon ut on þæt pestgeat of þam pestgeate on dydelingdune . of dydelingdune on pinburnan . up ⁊lang pinburnan oþ hore tuninge gemære . ⁊lang hore tuninge gemæres oþ stigla pæþ of stigela paþe ofer þone readan peg þæt eft on lindune . ⁊ þa men þe on þæm londee[4] standeþ[5] ⁊ seo mæd liþ on ige þe þær to gebyred .

Acta est hec prefata donatio . Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . DCCCCXLVI . Indictione . IIII .

Ego Eadredus rex Anglorum prefatam donationem sub sigillo sancte crucis indeclinabiliter consensi atque roboravi .

Ego Eadgifu ejusdem regis mater cum sigillo[6] . . . . .

Ego Odo Dorobernensis ecclesie archiepiscopus ejusdem regis principatum et benivolentiam cum sigillo sancte crucis conclusi .

Ego Ƿulfstanus archons divine servitutis officio mancipatus Eborace civitatis archiepiscopus sigillum sancte crucis impressi .

Ego Þeodred Lundoniensis ecclesie episcopus corroboravi .

Ego Ælfheah Ƿintaniensis ecclesie episcopus testudinem sancte crucis subscripsi et confirmavi .

Ego Cenpald episcopus predictum donum consensi .

Ego Ælfric episcopus consignavi .

Ego Ælfred episcopus confirmavi .

Ego Ƿulfsige episcopus roboravi .

Ego Æþelgar episcopus consensi .

[1] Se, K. [2] Flamig., K. [3] Membris, K. [4] Lande, K.
[5] -dað, K. [6] Here the leaf ends abruptly. The remaining signatures commence a new leaf.

Æþelstan[1] dux . ... les .
Eadric dux . ... miles .
Aeþelstan dux . ... iles .
Ealhhelm dux . ... iles .
Aþelmund dux . ... miles .
Aelfgar dux . ... miles .
Wulfgar dux . ... miles .
Eadmund miles . ... miles .
Aelfstan miles . ... miles .
Wulfric miles . ... gar miles.

[A.] Brit. Mus., Harl. MS. 436, f. 36. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCCCXII; from [A.] Boundaries in vol. iii, p. 435.

---

819. *Will of Leof Æthelwold, ... bequeathing land at Wilig or Wileg, co. Wilts, ... of Winchester, and making other dispositions of ... and personal property.* A.D. 946 × 955.

HER GE SPUTELAD ÞÆT EADRED C... ÞÆT LAND ÆT ƿILIG . ÞA TPELF HIDA TO SCRUD FU... ...AM HIREDE INTO EALDAN M...

... ÆÞELPOLD ealdarman cyþ... cyne hlaforde EADRED ... ic pille ymbe þa land ... æt mine hlaforde ge ... Ærest Gode ⁊ þære halg... ...t þam bisceop stole æt ƿin...ceastre . þam bisceope ⁊ þ... . þæt land æt ƿILIG þa tpelf hida to scrud fultume . þæt ... heora ge bedd redenne hæbben . spa spa ic him to ge ... am cinge minne hære geatpa[2] . feoper speord . ⁊ feoper sp... feoper scyldas . ⁊ feoper beagas . tpegen on hund tpelftiga... ...sun . ⁊ tpegen on hund eahtatigum ⁊ feorper[3] hors . ⁊ tpa ... fata . ⁊ minum breðer Eadrice þæt land æt Oceburnan . ⁊ ...esdune . ⁊ æt Cegham . ⁊ æt ƿessinga tune . ⁊ Æþelstane ... ...ðer þet land æt Bradan ... patere . ⁊ þet æt Nipan túne . ⁊ ... mine breðer suna þet land æt Carcel . ⁊ Ælfstanes ... ...nes broþor þæt land æt Cleran . ⁊ eall þæt yrfe þe ic hæ... ...ne lendum þonne pille ic þæt þæt sie ge deled for mine sa... ... spa ic nu þam freondum sæde þe ic to spræc .

[A.] Brit. Mus., Add. MS. 15,350, f. 87. [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MCLXXXIII; from [A.] | [T.] Thorpe, *Dipl.*, p. 499; from [A.]

[1] Aþ., altered to Æþ., MS.
[2] See T.'s note respecting the antiquity of ...
[3] Feoper, T.

820. *Grant* … *the thegn Oswi, of land at Mearsæt* … *co. Surrey.* A.D. 947.

✠ In no … is. Quamvis decreta pontificum et verba sacer … menta montium in districtis ligaminibus fixa … mque [per] tempestates et turbines sæcularium rerum e … sanctæ Dei æcclesiæ maculis reproborum dissipabitur … ur. Idcirco incertum futurorum temporum statum p … posteris succedentibus profuturum esse decrevimus ut … mmuni tractu salubri consilio definiuntur sertis litter … confirmentur.

Quapropter. ego E … ex anglorum ceterarumque gentium in circuitu persistent … ator et rector. cuidam mihi fidelissimo ministro. OSWI … devotionis ejus sollertia ejusdemque placatus obsequi … um impertire. bis denas mansas. quod anglice dicitur … da. in illo loco ubi jam dudum solicole illius regio … nposuerunt. ÆT MEARSÆT HAM. Tali autem tenore … e munificentiæ munus trade… concessi. Ut posside … r teneat usque ad ultimum curs… vitæ suæ cum omni … ibus quæ Deus cælorum in i… telluris gramine crea … notis causis et ignotis in mod… et in magnis. campi … pratis. silvis. silvarumque de… tatibus donans don … m. et postquam humani gen… fragilitatem deserue … siderabilem jucunditatis viam… gratiam superni ju … . succedentium sibi cuicum… placuerit æternaliter … ceu superius prenotavi. Sit aut… prædictum rus liber … scali tributo sæculariumque ser… tutum exinanitum. s … itione. et pontis. arcisve instructione. Præcipioque i … Dei summi tam nobis viventibus quam etiam qui Chris … nomine et divinæ agnitionis fidei censentur hujus libe … ta ad irritum deducere minime quispiam præsumat. q … enivola mente meam donationem amplificare satagerit i … esenti seculo vitam illius prospere feliciter longiturnæ vit … teneat. Si quis vero atri demonis face inflammatus contra … rum decretum quod neutrum aut optamus vel desideram … ari infringereque aliquid voluerit. sciat se trusum sub un … fluminis atque cum illis nefandis legem Dei blasphemant … ea custodia tætræ tortionis mancipatum. nisi prius Chri … ione compulsus ad satisfactionem vita comite festinanter p … t.

Istis terminibus præ[d … a circumgyrata esse videtur. þis

þa land gemæro to mearsætham on þone þorn be norþan
ices stane þonon up to bean stede betþih þam tþam hammum.
an stede sþa forþ on þa rupan apuldre. þonon on esnes ham.
esnes hamme on cusesstede beorh of þam beorge on tunles þeorþ
tepeardne. þonon þurh þa ige on þone fulan broc. of þam broce
ang streames on þone blæc pol. of þam pole ut to þam beorgum
et þonon on becces ham pestepear'd'ne þonon forþ to bade poldes
agan pestepeardne of þam hagan on todan camp of todan campe
n ceomman treop þonon on scynes þeorþ pestepeardne of scynes
þeorþe on þone hundes þyfel. of hundes þyfele forþ be þyrtþalan on
þone þorn be norðan eadrices stane.

Þis synt þa den to mearsætham. pedan hrycg ⁊ æt lace þæt
forræþe on þunres feld norþan an hid.

Acta est haec præfata donatio. Anno ab incarnatione domini
nostri Jhesu Christi. DCCCCXLVII. Indictione. V.

✠ Ego Eadredus rex Anglorum præfatam donationem sub sigillo sanctæ crucis ✠ indeclinabiliter consensi atque roboravi.

✠ Ego Eadgifu ejusdem regis mater prædictum donum cum sigillo sanctæ crucis ✠ confirmavi.

✠ Ego Oda Dorobernensis æcclesie archiepiscopus ejusdem regis principatum et benivolentiam cum sigillo sanctæ crucis ✠ conclusi.

✠ Ego Þulfstanus archons divinæ servitutis officio mancipatus Eboracæ civitatis archiepiscopus sigillum sanctæ crucis ✠ impressi.

✠ Ego Þeodred Lundoniensis æcclesiæ episcopus corroboravi.

✠ Ego Ælfheah Þintaniensis æcclesiæ episcopus testudinem sanctæ crucis ✠ subscripsi et confirmavi.

✠ Ego Cenþald episcopus. consensi.

✠ Ego Ælfric episcopus consignavi.

✠ Ego Æþelgar episcopus corroboravi.

✠ Ego Ælfred episcopus confirmavi.

✠ Ego Þulfsige episcopus conclusi.

✠ Æþelstan dux.

✠ Eadric dux.

✠ Æþelstan dux.

✠ Þulfgar dux.

✠ Ealhhelm dux.

✠ Aþelmund dux.

✠ Ælfgar dux.

✠ Scule dux.

✠ Eadmund minister

✠ Ælfstan minister.

✠ Þulfric minister.

✠ Ælfsige minister.

✠ Þulfric minister

✠ Ƿulfsige minister . ✠ Beorhtsige ministe[r]
✠ Æþelgeard minister . ✠ Æþelnoþ minister .

✠ Certis[1] vero causis et in certis temporibus unicuique pr[o]vendum est ut tutellam defensionis præponat antequam mach[ina]tores retinacula fraudulenter insidiationis muscipulam illum [de]fraudaverint a fastigio recte et justæ tramitis studio quia ini[qui]tatis adquisitores alienum lucrum sibi usurpative cum ambiti[one] iniquitatis vendicare satagunt . Sed torpentes avaritiæ omni m[odo] interdico . Ita ut meum donum corroboratum sit cum signac[ulo] ✠ sanctæ crucis ✠ . etiam si quis alium antiquum librum in [p]ropatulo protulerit nec sibi nec aliis proficiat . Sed in sempite[rno] graphio deleatur et cum justis non scribatur nec audiatur .

Endorsed in a contemporary hand:—" ✠ þis is þara tpentiga hida boc æt Mearsætham þe Eadred cing gebocode Ospige his þegne on ece yrfe . " ; *and in one of the xiith century,* " Rex Eadredus dedit duas mansas id est duas hidas apud Mericham Oswic ministro suo . latine ."

[A.] Brit. Mus., Cotton Charter, Augustus II, 83.
Brit. Mus., *Facs.*, pt. III, pl. 18.

[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCCCXIII; from [A.]

---

821. *Grant by King Eadred to the thegn Eadmund, of land at Hanccan ham, or Hanham, near Bristol, co. Gloucester (?):* A.D. 947.

In nomine Dei summi et altissimi Jhesu Christi .

Manifestum est cunctis quod omnia celestia et terrestria providencia Dei gubernantur que sollicitudo mortalis vitæ totis nisibus in carorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur . Ideo certis adstipulacionibus mellita oracula divinæ clamacionis nos frequentivis ortacionibus suadet ut cum his fugitivis et sine dubio transitoriis possessiunculis jugiter mansura regna Dei suffragio adipiscenda sunt .

Quam ob causam ego EADREDUS rex Anglorum ceterarumque gencium in circuitu persistencium gubernator et rector cuidam fideli meo ministro vocitato nomine EDMUNDO pro ejus amabili obediencia ejusque placabili pecunia quam michi in suæ devocionis obsequio detulit . III . mansas agelluli ei libenter largiendo donavi in illo loco ubi jamdudum solicole illius regionis nomen imposue-

[1] This paragraph, omitted by K., is on the back of the charter. It is evidently an insertion for the text, probably after " festinanter pervenerit".

✠ Ƿulfric minister.
✠ Ælfsige minister.
✠ Ƿulfric minister.
✠ Ælfric minister.
✠ Æthelsige minister.
✠ Æþelnoð minister.
✠ Æþelgeard minister.
✠ Ælfheah minister.
✠ Ælfred minister.
✠ Æþered minister.

[A.] The large *Liber Albus* (Dean and Chapter of Wells), f. 288v. (Kindly communicated by F. H. Dickinson, Esq.)

---

822. *Abbreviated form of No.* 821. A.D. 947.

ÞIS IS ÞARA ÞREORA HIDA BOC ÆT PEST HACANAN HAMME ⁊ ÆT GLINDLEA ÞA EADRED CYNG GEBOCADE EADMUND HIS ÞEGENE EN ECCE YRFE.

In nomine Dei summi et altissimi Jhesu Christi. Manifestum est, etc.[1]

Ego EADREDUS. rex Anglorum ceterarumque gentium in circuitu existentiumgubernator et rector, cuidam fideli meo ministro vocitato nomine EADMUNDO, pro amabili obedientia ejusque placabili pecunia quam mihi in sue devotionis obsequio detulit, 3. mansas agelli ei libenter largiendo donavi in illo loco 'ubi jam dudum[2] solicole regionis nomine dederunt ÆT HANECAN HAMME[3], illi et post se cuicunque voluerint inperpetuum ab omni mundiali obstaculo liberam Excepto communis expeditionis labore et pontis vel arcis constructione.

Si quis autem quod non optamus, hanc nostram definitionem elationis habitu incedens infringere tentaverit perpessus sit geleidis glaciarum[4] flatibus et pennino[5] exercitu malignorum spirituum, nisi prius inriguis penitentie gemitibus et pura emendatione emendaverit.

Þis sindon þara þreora hida ..... spa pest iammor be midpear ..... oð meres hammes gemera spa norð be middan fænne oð gif ..... hammes gemæra spa to horiges gemæro þanan into ðone land fle ..... ⁊ an sealtearn pið pefenes ea be norðan land fleot.

Acta est hec donatio anno ab incarnatione 947:

✠ Ego Eadredus Rex Anglorum hanc donationem sub sigillo sancte crucis indeclinabiliter roboravi.
✠ Ego Eadgifu ejusdem regis mater confirmavi.
✠ Ego Odo Dorobernensis episcopus.
✠ Ego Theodred Lundoniensis episcopus.
✠ Ego Elfheah Wintaniensis episcopus.

[1] *Sic*, MS. *Cf.* No. 821. [2] 'ubi Ponn Semarham dudum, K.! [3] See No. 821. [4] Glacierum, K. [5] Pernici, K.

rifidi autem sceptra cosmi visibilis liberum arbitrium sibi tradens, humanæ tantum creaturæ disponere pie ac misericorditer concessit. Ita ut cœlestis gerarchus diversis gradibus suæ largitatis largifluam donationem late distribuit, regibus, episcopis, principibus, abbatibus, præpositis quatenus unusquisque in suo ordine pro terreno lucro sibi commisso talento in die examinationis duplicatum negotium, nulla obtinente segnitia, repræsentat. Nam ego EDREDUS rex, in mei præcordii penetrabilibus volutans expertus sum, quod mercedem æternæ beatitudinis recepturus sim si cunctis velle Dei subjicientibus favere non recusabo, ut veritas mellita suæ orationis oracula protulit dicens, "Date[1] et dabitur vobis".

Quapropter ego EDDREDUS, rex Anglorum cæterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector, uni venerabili sacerdoti, nomine EDULFO, cui memet ipsum in suis sacris orationibus commendo, X. mansas tribuo in loco qui dicitur LEGHFORD; eo pacto ut habeat ac possideat quamdiu vivat. Cum autem universitatis viam adierit, Monasterio Monialium quod in Wyntonia urbe situm sit, V. tributarias mansas contradat; alias vero V. ad monasterium in quocumque ejus corpus sepulturæ traditum fuerit, cum mentis alacritate utrumque perpetualiter tribuat. Sit autem prædictum rus liberum ab omnia[2] mundali obstaculo, cum omnibus ad se rite pertinentibus, campis, pascuis, pratis, rivulis, excepto communi labore, expeditione, pontis arcisve coædificatione.

Si quis alium antiquum librum in propatulo protulerit, nec sibi nec aliis proficiat, sed in sempiterno graphio deleatur, et cum justis non scribatur nec audiatur. Si quis autem, quod non optamus, hanc nostram donationem infringere vel mutare satagerit, horribiles inferni fusci valvas sentiat, atque terribiles dæmonum cohortes suis obtutibus indesinenter aspiciat, nisi prius hic digna satisfactione emendaverit pœnitentia ante mortem.

Istis terminibus[3] predicta terra circumdata est et girata, antiqui veraci assertione dixerunt:—

Ðis synt þa landgemæro þe hyraþ to Leahtforda: ærest, of Leahtforda þæt up to þære dic; þæt þonane on gerihte to haran grafan; þæt þonan on gerihte to renget þorne, þonne, up to Heardulfes hlæpe; þonne suþ to þære holan dic beniþan Ƿelnabyrig; þonne from þære dic to Ættanho, of Ættanho in þer lu[4] on Terstan.

These ben the land-markys that longeth to Legford: Begyn at Legford, and so up to the dyche, then forth-ryht to Haregrave; an than forth-ryht to a marke that ys

[1] Luc. vi, 38. [2] *Sic*, E. [3] Terminis, E. [4] *Sic*, in MS., for hlæw, E.

clepyd Sengthorne[1], up to Hardulfys lewe, than suth to the holw dyche benethe Welbrygge; and thanne from the dyche to Attenho, from Attenho a lowe in to Terstan.

Isti sunt termini terrarum pertinentium ad Legford: Imprimis, incipe apud Legford, sic ascendendo quousque perveniatur ad fossam albam, tunc recte quousque perveniatur ad Haregrave; et ex tunc recte procedendo ad limitem vocatum Sengthorne, ascendendo ad limitem nuncupatum Hardulfys lewe; ac tunc ex Austro ad illam concavam fossam, quæ jacet inferius Welbrygge, et tunc ab illa fovea ad terminum vocatum Attenhe, ab illo termino inferius procedendo recte in Terstan.

Acta est hæc præfata donatio, anno ab incarnatione Domini nostri Jesu Christi DCCCCXLVII. Indictione V.

✠ Ego Edredus Rex Anglorum præfatam donationem sub sigillo sanctæ crucis ✠ indeclinabiliter consensi atque roboravi.

✠ Ego Eadgifu ejusdem regis mater cum signaculo sanctæ crucis ✠ confirmavi.

✠ Ego Oda Dorobernensis ecclesiæ archiepiscopus ejusdem regis principatum et benevolentiam cum sigillo sanctæ crucis ✠ conclusi.

✠ Ego Ƿulfstanus archons divinæ servitutis officio mancipatus Eboracæ civitatis archiepiscopus sigillum sanctæ crucis ✠ impressi.

✠ Ego Theodred Londoniensis ecclesiæ episcopus corroboravi.

✠ Ego Ælfheah Wyntoniensis ecclesiæ episcopus testudinem sanctæ crucis ✠ subscripsi et confirmavi.

✠ Ego Cenwald episcopus consensi.
✠ Ego Ælfric episcopus consignavi.
✠ Ego Æthelgar episcopus confirmavi.
✠ Ego Ælfred episcopus corroboravi.
✠ Ego Wulfsyge episcopus conclusi.
✠ Ego Æthelstan dux.
✠ Ego Eadric dux.
✠ Ego Æthelstan dux.
✠ Ego Wulfgar dux.
✠ Ego Ealhhelm dux.
✠ Ego Athelmund dux.
✠ Ego Ælfgar dux.
✠ Eadmund minister.
✠ Ælfstan minister.
✠ Wlfric minister.
✠ Ælfsige minister.
✠ Wlfric minister.
✠ Æthelgeard minister.
✠ Æthelnoth minister.
✠ Bexrhtwold[2] minister.
✠ Ælfric minister.
✠ Ælfred minister.

[A.] *Liber de Hyda* [E.], ed. Edwards (Rolls Ser.), p. 161.

[1] *Sic*, in MS., E. [2] *Sic*, E.

825. *Grant by the Mass-priest Eadulf to Newminster, Winchester, etc., of the land at Leghford, mentioned in No.* 824.

DONATIO EDULFI SACERDOTIS, DE QUINQUE MANSIS APUD LEGFORD, IN NOVUM MONASTERIUM WYNTONIÆ.

Ic EADULF, mæsse preost of þysse stopan æt LEAHTFORD, an on NIPAN MINISTRE on Ƿintanceaster fifan stopan on LEAHTFORD, þær min lic[1] to rest, aftir minan dægan; and oðara fifan stopan æt Leahtford on nunan ministre on Ƿintanceaster, eal spa freoge spa Eadred cing me gifan habbaþ, and is geƿritan on cining Eadredes geƿrite; and seo ƿæron geƿitenesse is foran alisnesse[2] minra saple.

[A.] *Liber de Hyda* [E.], ed. Edwards (Rolls Ser.), p. 165.

---

826. *Old English form of No.* 825.

I EDULF, prest of the ten dwellynplacys at LEGFORD, graunt fyve of them in to the NEWE MONASTERY of Wynchester, where me lykyth my bodi for to rest, aftyr my day. And other fyve I graunt to the Monastery of Nunnys at Wynchester. Al so fre as kyng Edryd me hath gyve, and as hyt ys write in Edredys kyngys wrytynge, for the relevyng of my sowle.

[A.] *Liber de Hyda*, ed. Edwards (Rolls Ser.), p. 168.

---

827. *Latin form of No.* 825.

Ego EDULPHUS sacerdos de decem mansis apud LEGFORD, do quinque ex ipsis NOVO MONASTERIO WYNTONIÆ, ubi volo post obitum meum quod corpus meum diem futuræ resurrectionis expectet. Et alias quinque mansas do Monasterio Monialum in urbe Wentana, ita libere sicut Edredus rex mihi contradidit, et scriptum est in scripto inde confecto Edredi regis, pro animæ meæ relevio.

[A.] *Liber de Hyda*, ed. Edwards (Rolls Ser.), p. 168.

[1] MS. inserts minan licomam, E. [2] MS. inserts of, E.

828. *Grant by King Eadred to the Earl Edrig, or Edric, of land at Aysshedoune, or Ashdown, now in Ashbury, co. Berks, near Ramsbury, co. Wilts.* A.D. 947. *With note of later grant by Edric to Glastonbury Abbey.*

CARTA EDREDI REGIS FACTA EDRICO COMITI SUO DE AYSSHEDOUNE.

Regnante imperpetuo domino nostro Jhesu Christo manifestum est cunctis quod omnia celestia et terestria[1] providencia Dei gubernantur que sollicitudo mortalis vite totis nisibus in carorum amicorumque amissione conqueritur ac defletur ideo certis adstipulacionibus mellita oracula diem clamacionis nos frequentantivis[1] ortacionibus suadet ut cum hiis fugitivis et sine dubio transitoriis possessiunculis jugiter mansura Regna Dei suffragio adipiscenda sunt.

Quamobrem Ego EDREDUS Rex Anglorum ceterarumque gencium in circuitu persistencium gubernator et rector cuidam meo fideli Comiti vecitato nomine. EDRIGO[2] ob illius amabile obsequium eisque[1] placabili fidelitate. viginti. mansas ei libenter largiendo concedens perdonabo illic ubi vulgus prisca relacione vocitat. AT AYSSHEDOUNE. quatenus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat dum hujus labentis evi cursum transeat illesus atque vitalis spiritus in corruptibile carne inereat[1] et post se cuicumque voluerit perhenniter heredi derelinquat sicuti prediximus Sit hoc predictum rus liber ab omni mundiali obstaculo cum omnibus que ad ipsum locum pertinere dinoscuntur tam in magnis quam in modicis rebus Campis. Paschuis. Pratis. silvis. excepto istis tribus expedicione pontis arcisve coedificacione.

Si que[1] denique michi non optanti hanc libertatis cartam livore depressi violare satagerint agminibus tetri caliginis lapsi vocem audiant examinacionis diem arbitris sibi dicentis "Discedite[3] a me maledicti in ignem eternum" ubi cum demonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in pena si non ante mortem digna hoc emendaverint penitencia.

Istis terminibus predicta terra circumgirata videtur.

Erest of buckansticke west ou buckanmere to þan ruancroundele þaron middeward burnestowe to þan stone. þanen west ende lang smaleweies on þare croundel bi este þa ertheburgh and so north on riȝt to hordenestone þanen to elden berwe and soa endelang diches north to þan white stone þanen to þan Stanberwe yate[4] þanen to þe litel berwe þanen ende langmeres to middel dich þanen north to

[1] *Sic*, MS. [2] Eadrico, K. [3] Matt. xxv, 41. [4] ?are, K.

riȝt weie to þan ston on mid riȝt weies and soa to loppancombe ouerward þar forth end lang furch on riȝte to merewelle endlang-stremes to folanruwers ouer þan ridde to þan stone whit oute þar irwelonde þar forth to þan beche þanen of piwannere[1] on lippan-stibbe þar on kingesdich end land dich to melanbroke of milan-brok on lortanbroke[2] þanen on lortanberwe so vp endlang furtȝ to mereberwe þanen out to þan widen ẏate of þan ȝate to þan horeston ford to rammesburi ẏate of rammesburi so forth ende lang weies to buckansticke.

Acta est hec prefata donacio anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Cristi. D. C. C. C. C. quadragesimo septimo.

✠ Ego Eddredus rex Anglorum prefatam donacionem sub sigillo sancte crucis indeclinabiliter consensi atque roboravi.

✠ Ego Oda Dorobornensis ecclesie archiepiscopus ejusdem regis donacionem et benevolenciam cum sigillo sancte crucis conclusi cum multis aliis.

Postea[3] prefatus Edricus memoratum manerium quod nunc vocatur AYSSHEBURY cum omnibus pertinenciis suis adeo plene et libere sicut prefatus rex illud sibi donaverat dedit sancto DUNSTANO tunc abbati Glastonie ejusdemque loci conventui ac monasterio Glastonie imperpetuum possidendum offerens cartam presentem cum jure manerii.

[A.] Bodl. Libr., Wood MS., i, 245. (Kindly copied by Mr. G. Parker.)
[H.] Hardy's MSS. in Record Office.
[D.] Dugdale, *Mon. Angl.*, vol. i, p. 51. (Very incorrect.)
[K.] Kemble. *Cod. Dipl.*, No. ccccxv; from [A.] Boundaries in vol. vi, p. 232.

---

829. *Grant by King Eddred to the thegn Wulfric, of land at Idemeston, or Idmiston, co. Wilts; or Idstone in Ashbury, co. Berks (?).* A.D. 947.

CARTA EDREDI REGIS FACTA WULFRICO MINISTRO SUO DE IDEMESTONE.

Regnante imperpetuum domino nostro Jhesu Christo. Mundi hujus labentibus properanter temporibus regnaque functi cum regibus velocissimo transeuntibus cursu licet stare firmiter a priori statu cito labi nullo sapiente ignotum est et Gaudia hic fallentis vite quaciuntur ac dissipantur.

Quapropter Ego EDDREDUS rex Anglorum ceterarumque gencium in circuitu persistencium gubernator et rector cuidam meo

[1] Piwamere, H. [2] Þanen of piwanmere .... lortanbroke, omitted, K.
[3] This paragraph omitted, K.

fideli ministro vocitato nomine WULFRICO devocionis ejus solercia ejusdemque placatus obsequio dignatus sum impartire quinque mansas in illo loco ubi jamdudum solicole illius regionis nomen imposuerunt AT IDEMESTONE tali autem tenore hoc prefate munificencie munus tradendo concessi ut possideat et firmiter teneat usque ad ultimum cursum vite sue cum omnibus utensilibus que Deus celorum in ipso telluris gramine creavit tam in notis causis quam ignotis in modicis et in magnis campis paschuis pratis silvis donans donabo libertatem . Et postquam humani generis fragilitatem deseruerit et ad desiderabilem jocunditatis viam per graciam superni judicis adierit succedencium sibi cuicumque placuerit eternaliter derelinquat seu superius prenotavi . Sit hoc predictum Rus liber ab omni fiscali tributo seculariumque servitutum exinanitum sine expedicione et pontis arcisve instructione . precipioque in nomine Dei summi tam nobis viventibus quam eciam qui cristianitatis nomine et diem agnicionis fidei censentur hujus libertatis statuta ad irritum deducere minime quispiam presumat .

Quisquis benivola mente meam donacionem amplificare satagerit in hoc presenti seculo vitam illius prospera feliciter longiturne vite gaudia teneat . Si quis hoc propria temeritate violenter invadere presumpserit sciat se proculdubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque racionem redditurum nisi prius digna satisfactione emendare maluerit .

Acta est hec prefata donacio anno ab incarnacione domini nostri Jhesu Christi . DC . C . C . C . XLVII .

✠ Ego Eddredus rex Anglorum prefatam donacionem sub sigillo sancte crucis indeclinabiliter roboravi .

✠ Ego[1] Dorobornensis ecclesie archiepiscopus ejusdem regis principatum et benevolenciam cum sigillo sancte crucis conclusi cum multis aliis .

[A.] Bodl. Libr., Wood MS. i, f. 233*b*.
[D.] Dugdale, *Mon. Angl.*, vol. i, p. 58.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. CCCCXVII; from [A.]

---

830. *Grant by King Eadred to the thegn Æthelgeard, of land at Brightwell, in the district of the Gewisi, co. Oxon.* A.D. 947.

ÐIS IS ÞARA . X . HIDÆ BOC ÆT BEORHTANƿYLLE ÞE ÆDRED CING GEBOCODE ÆÞELƿEARDE HIS ÞEGNE ON ECE YRFÆ .

✠ In nomine Dei summi . Subtilissima mentis certatione Deum quem diligimus et credimus intima mentis affectione timeamus et

[1] Name omitted, MS.; Oda, added, K.

amemus . quia agonista sanctæ predicationis ortator talem protulit sententiam dicens, "Omnia[1] nuda et aperta sunt coram oculis Dei" et a luce prima usque conticinium uniuscujusque actus prospicit. Ideo ego EADREDUS rex Anglorum cæterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector. cuidam meo fideli ministro ac militi qui in suæ voluntatis ac devotionis obsequio fatendo ac implendo paratus ac promptus fuit. Et ab incunabilis suæ infantilitatis non fortuitu sed voluntate parentum nomen accepit. ÆÞELGEARD . dapsili deditione quandam partem ruris libenter dedi . ubi jamdudum incolæ prolatum nomen latialiter *declaratam fontem* indiderunt . nunc vero verbi gratia Gewisorum more . BEORHTANWILLE . magnitudo autem illius terre, juxta estimationem circa eundem locum degentium tanta esse assertur[2] quantum bís quinas mansarum spacium equa demensione censure trucinationis fore cernitur; habeat ac possideat prefatam dapsilem donationem quamdiu vitalis flatus carnem mundana fragilitate corruptam aluerit. Cum autem dies dissolutionis suæ advenerit, quo de corruptibili vita ad incorruptibilem beatitudinem migraverit : Cui[3] sibi libet heredi sine ullo obstaculo derelinquat in æternam hereditatem . Sit autem predictum rûs liber'um' cum omnibus quæ ad ipsum locum pertinere dinoscuntur . tam in magnis quam in modicis rebus . Campis . Pascuis . Pratis . Silvis . dirivativis cursibus aquarum . excepto istis tribus . expeditione pontis . arcísvæ constructione .

Hanc vero meam donationem quod opto absit a fidelium mentibus, minuentibus atque frangentibus . fiat pars eorum cum illis de quibus é contra fatur. "Discedite[4] á me maligni in ignem æternum qui paratus est Sathane et satellibus[5] ejus" : nisi prius digna Deo pœnitentia veniam legali satisfactione emendent.

Istis terminibus[6] predicta terra circumgyrata esse videtur.

Ðis synt þa land gé mæro tó Beorhtan ƿille . þara . x . hida . Ærest of þam more be ƿestan þám túne . on þa dic . ƿest and lang Díc of þa hæþenan byrigelsas þonne east and lang þan an heafdan ón anne litelne þórn . þonon east ⁊ hƿon suð on ge rihte to þam ƿege to gafær bæce; þo[7] nord be þam and heafdan óf þa láce ⁊lang lace út on temæse[8] óf midne stréam ⁊lang ea óf ða ealda stræt and lang stræte on þone ford of þam forde ƿest and lang mores of þæt man ær on feng.

Acta est hæc prefata donatio . Anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi . DCCCC . XLVII . Indictione . V .

[1] Hebr. iv, 13. [2] Asseritur, K. [3] Qui, K. [4] Matt. xxv, 41
[5] Satellitibus, K. [6] -nis, K. [7] þonon, K. [8] Temsre, MS.

Ego Eadredus Rex Anglorum prefatam donationem sub sigillo sanctæ crucis indeclinabiliter consensi atque roboravi.
Ego Eadgifu Ejusdem regis mater cum sigillo sanctæ crucis confirmavi.
Ego Oda Dorobornensis æcclesiæ archiepiscopus ejusdem regis principatum et benivolentiam sub sigillo sanctæ crucis conclusi.
Ego Ƿulfstanus. Archons divinæ servitutis officio mancipatus Eboracc civitatis archiepiscopus sigillum sanctæ crucis impressi.
Ego Þeodred Lundoniensis æcclesiæ episcopus corroboravi.
Ego Ælfheah Wintoniensis æcclesiæ episcopus testudinem sanctæ crucis subscripsi et confirmavi.
Ego Cenƿald episcopus consensi.
Ego Ælfric episcopus consignavi.
Ego Æþelgar episcopus corroboravi.
Ego Ælfred episcopus confirmavi.
Ego Ƿulfsige episcopus conclusi.
Ego Æþelstan Dux.
Ego Eadric Dux.
Ego Æþelstan Dux.
Ego Ealhelm Dux.
Ego Aþelmund Dux.
Ego Ælfgar Dux.
Ego Eadmund minister.
Ego Ælfstan minister.
Ego Ƿulfric minister.
Ego Ælfsige minister.
Ego Ƿulfric minister.
Ego Alfric minister.
Ego Æþelnod minister.
Ego Ælfred minister.
Ego Æþelsige minister.

[A.] Add. MS. 15,350, f. 47*b*. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MCLVI; from [A.]

---

831. *Grant by King Eadred to the Cathedral Church at Winchester, of land at Taunton, co. Somerset.* A.D. 947.

ÞIS IS ÞÆS LANDES BOC ÆT TANTUNE ÐE EADRED CING EDNIÞON GÆBOCODE SANCTÆ TRINITATÆ ⁊ SANCTÆ PETRÆ ⁊ PAULÆ INTO EALDAN MYNSTRÆ.

In nomine Dei summi et altissimi Jhesu Christi. Subtilissima mentis certamine deum Quem diligimus et credimus intima mentis affectione timeamus et amemus. quia psalmista,

Qui quondam Solimis[1] regnabat dives in arvis

conquerelando ac lamentabili voce ita protulit dicens. "The-

[1] Altered to svllimis, MS.; Sullimis, K.; but *cf.* p. 9.

saurizat[1] et ignorat cui congregat ea". eo quod interdum[2] optatis et sepius exosis relinquitur. quod prius homo per ambitionem seculi concupivit. Tamen miserationis omnipotentis Dei largitate caducis opibus æternæ cœlestis vitæ premia mercari queamus.

Quapropter ego EADREDUS, rex Anglorum. cæterarumque gentium in circuitu persistentium gubernator et rector. sanctæ Dei æcclesiæ Wentana civitatæ locatæ. ac beato Petro apostolorum principi. ejusque cóapostolo Paulo dicatæ. ÆLFHEAGO. ejusdem sedis pontifice. impetrante uti. Fryðegyð regina penæ in exordio christianæ religionis reverende Trinitatis. ejusque prenominatis apostolis devota menta concesserat. ac Aðelpulf rex augmentando amplificaverat. Itidemque Eadward rex novis litterarum apicibus iterum restauraverat. cum isdem territoriis quas Aðelwlf rex hereditaria carta conscribi jusserat. C. scilicet ac. XXX. quantitatem manentium continentem loco celebri qui. TANTUN. nominatur æterna restituendo largitus sum hereditate. Prefato siquidem regi. Eadwardo. LX. telluris manse quattuor locorum partibus disperse. sicut ipsius territorii cartula quam prefatus rex edere jussit liquido testatur á quodam episcopo. Denewlfo. videlicet pro ejusdem telluris libertate concesse sunt. Maneat igitur meum hoc inmobile donum æterna libertate jocundum cum omnibus quæ rite ad predicta loca pertinere dinoscuntur. Campis. Pascuis. Pratis. excepto communi labore expeditione pontis arcísvæ constructione.

Si qui denique michi non optanti hanc libertatis cartam livore depressi violare satagerint. agminibus tetre caliginis lapsi vocem audiant examinationis die arbitris sibi dicentis. "Discedite[3] á me maledicti in ignem æternum". ubi cum demonibus ferreis sartaginibus crudeli torqueantur in pœna, si non ante mortem digna hoc emendaverint pœnitentia.

Acta est hæc prefata donatio. Anno dominicæ Incarnationis. DCCCC. XLVII. Indictione. V^a.

Ego Eaðredus Rex Anglorum prefatam donationem sub sigillo sanctæ crucis indeclinabiliter consensi atque roboravi.

Ego Eaðgyfu. ejusdem regis mater. cum sigillo sanctæ crucis confirmavi.

Ego Oda Dorobernensis æcclesiæ archiepiscopus ejusdem regis principatum et benivolentiam cum sigillo sanctæ crucis conclusi.

[1] Psalm. xxxix, 6. [2] [non] added, K. [3] Matt. xxv, 41.

Ego Ƿulfstanus archons divinæ servitutis officio mancipatus Eboracæ civitatis archiepiscopus . sigillum sanctæ crucis impressi .
Ego Þeodred Lundoniensis æcclesiæ episcopus conclusi .
Ego Ælfheah Wintoniensis æcclesiæ episcopus testudinem sanctæ Crucis subscripsi et confirmavi .
Ego Cenvvald . episcopus predictum donum consensi .
Ego Ælfric episcopus consignavi .
Ego Æðelgar episcopus roboravi .
Ego Ælfred episcopus conclusi .
Ego Æðelstan dux.

Ego Eadric dux .	Ego Ælfric minister .
Ego Æðelstan dux .	Ego Ƿulfric minister .
Ego Ƿulfgar dux .	Ego Ælfsige minister .
Ego Æþelmund dux .	Ego Ælfsige minister .
Ego Ealhelhm[1] dux .	Ego Æðelnoð minister .
Ego Ælfstan minister .	Ego Ælfred minister .
Ego Eadmund minister .	Ego Ælfheah minister .
Ego Wlfric minister .	Ego Eðereð minister .

[A.] Add. MS. 15,350, f. 23b. | [K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MCLVII ; from [A.]

---

832. *Grant by King Eadred to his "homo" Elfsi, of land at Eblesburn, or Ebblesbourne, co. Wilts.* A.D. 947.

ÞIS IS ÞARA . V . HYDA BÓC ÆT EBLESBURNAN ÞE EADRED CYNG GEBOCODE ELFSIGE ON ECÆ YRFÆ .

Regnante imperpetuum domino nostro Jhesu Christo . Omnia quæ cernuntur et in quibus mortalium titubans versatur . fragilitas evanescentis simillima nebule sunt vaporis . et indelabili gazarum lucro firma stabilisque stellati polorum felicitas culminis est mercanda .

Quapropter divina suffragante gratiarum largitate . ego EADREDUS . rex Anglorum cæterarumque persistentium circumquaque gentium Deo omnipotenti michi quæ teneo cuncta referenti . partem ruris hoc est . V . mansas in loco qui dicitur . ET EBLESBURNAN . meo fideli homini vocitato nomine . ELFSIGE . perpetua largitus sum hereditate . quatinus ipse vita comite hilariter possideat . et post se cuicumque voluerit heredi derelinquat . maneat igitur meum hoc inmobile donum æterna libertate cum universis quæ pertinent sibi .

[1] Ealhhelm, K.

Si quis vero contra hanc munificentiam tyrannica potestate inflatus temptare voluerit ! Sciat se obstaculum ire Dei incurrere . et in ultimo examine coram Christo et angelis ejus rationem reddere .

His autem limitibus prefatum rús undique circumgirari videtur .

Ærest on bican bricge and lang díc on þone here pað . of ðan her paðe uppan beor dune on þes uferan hlinces pest ende . of ðan hlince on þa ðri beorgas æt þere dune . of ðan beorgan and langan þes smalan paðes on rugan beorh . of þan beorge and lang herpaðes fornan gean menandene . on sceapacumb . of sceapacumbe . on land sceara geat . of land sceara geate . on ludan beorh . of ludan beorcge on eblesburnan .

Scripta est autem hæc scedula . Anno ab incarnatione domini . D . CCCC . XL . VII . Hís testibus consentientibus .

Ego Eadredus . Rex Anglorum prefatam donationem sub sigillo sanctæ crucis confirmavi .
Ego Oda archiepiscopus conclusi .
Ego Þeodred episcopus roboravi .
Ego Ælfheah speculator consensi .
Ego Cenpald presul corroboravi .
Ego Elfric antistes subscripsi .
Ego Æþelgar episcopus annui .

Ego Ædelstan dux .	Ego Eadmund minister .
Ego Eadrich dux .	Ego Ælfstan minister .
Ego Ædelstan dux .	Ego Þulfric minister .
Ego Ealhhelm dux .	Ego Ælfsige minister .
Ego Eþelmund dux .	Ego Æþelgeard minister .
Ego Elfgar dux .	Ego Þigferd minister .

Sit autem predictum rus omni terrenæ servitutis jugo liberum . tribus exceptis rata videlicet expeditione . pontis . arcisvæ restauratione .

[A.] Brit. Mus., Add. MS. 15,350, f. 17b. | Omitted by Kemble.

---

833. *Grant by King Eadred to the thegn Wulfric, of land at Deneceswurth, or Denchworth, co. Berks.* A.D. 947.

CARTA DE DENCHESWRÞE.

In nomine Dei ⁊ domini nostri Jhesu Christi veri redemptoris mundi . Anno vero dominice incarnationis . DCCCC . XL . VII . ego EADREDUS omnicreantis disponente clementia Angligenarum omniumque gentium undique secus habitantium rex primo anno imperii

mei divina Dei gratia suadente quod cogitarem quam mirabiliter ⁊ quam subtiliter supernus rector celestia et terrestria firme rationis serie gubernat atque custodit quia profuturum esse judicamus ea que communi tractu ⁊ salubri consilio definiuntur ut quidam sapiens exhortando ammonuit dicens. "Omnia[1] cum consilio fac ⁊ post factum non penitebis". Iccirco minime in oblivione habui quod parvam partem potestatis mei meorum episcoporum testimonio ceterarumque fidelium adstipulatioue hilariter perpetua libertate donavi .V. mansas cuidam militi vocitato nomine. ƿULFRIC. in illo loco ubi ruriculi[2] appellativo usu ludibundisque vocabulis nomen indiderunt ÆT DENECESƿURÞE. pro illius amore qui dixit: "Date[3] et dabitur vobis". Quatenus ille bene perfruatur ac perpetualiter possideat quamdiu istius caducis seculi vitam tenere presumet. ⁊ postquam universitatis viam adierit cuicumque voluerit heredi derelinquat sicuti prediximus in heternam[4] haereditatem. Sit autem predictum rus liberum ab omni mundiali obstaculo cum omnibus ad se rite pertinentibus. campis. pascuis. pratis. silvis. excepto istis tribus expeditione pontis. arcisve constructione.

In cunctis vero successoribus hoc jus donationis augendo quicumque amplificare satagerint augeat amplificetque cunctiparens genitor. in hoc presenti seculo vitam illorum ⁊ inter celibes beati felicesque sine fine in eterna doxa letentur. si quis autem propria temeritate violenter invadere presumpserit. Sciat se proculdubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum. nisi prius digna satisfaccione emendare maluerit.

Mctc.[5] Istis terminis predicta terra circumgirata esse videtur. Þis sind þa landgemæra æt denicesƿurþe. aerest on cillariþe ƿest on muttic on þa dic on ordulfes gemære to ceaƿan hlæƿe[6] ⁊lang dic on landbroc ⁊lang broces to þan norðran denceswurþe[7]. þonne[8] east rihte eft to[9] cillan Riþe; þonne þær suð þær ƿe ær onfengon þone[10] licgað þær þa þreo hida on þan[11] norðran denceswurþe[7] undælede.

✠ Ego Eadredus rex Anglorum prefatam donationem sub sigillo sancte crucis indeclinabiliter consensi. atque roboravi[12].

✠ Ego Eadgifu ejusdem regis mater predictum donum cum sigillo sancte crucis confirmavi.

✠ Ego Oda Doroberenis[13] ecclesie archiepiscopus ejusdem regis principatum et benivolentiam cum sigillo sancte crucis conclusi.

[1] Ecclus. xxxii, 20. [2] -colae, K. [3] Luc. vi, 38. [4] Aet., K. [5] Mete Denceswrðe. V. mansarum sunt hæc, B. [6] Hleƿe, B. [7] Deneceswyrðe, B. [8] þonon, B. [9] On, B. [10] þonne, B. [11] þam, B. [12] At. rob., omitted, K. [13] -bern-, K.

✠ Ego Ƿulfstanus archons divine servitutis officio mancipatus Eborace civitatis archiepiscopus sigillum sancte crucis impressi.
✠ Ego Þodred Lundoniensis ecclesie episcopus corroboravi.
✠ Ego Ælfheah Ƿintoniensis ecclesie episcopus testudinem sancte crucis subscripsi ⁊ confirmavi.
✠ Ego Cenƿald episcopus consensi.
✠ Ego Ælfric episcopus consignavi.
✠ Ego Æþelgar episcopus confirmavi.
✠ Ego Ælfred episcopus corroboravi.
✠ Ego Ƿulfsige episcopus conclusi.
✠ Ego Æþelstan. dux conclusi.

✠ Ego Eadric
✠ Ego Æþelstan
✠ Ego Ƿulfgar
✠ Ego Ealhhelm
✠ Ego Æþelmund
✠ Ego Ælfgar
} dux consensi.

✠ Ego Eadmund
✠ Ego Ælfstan
✠ Ego Ƿulfric
✠ Ego Ælfsige
✠ Ego Ƿulfric
✠ Ego Beorhtsige
✠ Ego Æþelgeard
✠ Ego Æþelnoð
} minister consensi.

[A.] Cotton MS., Claudius B. vi, f. 35b.
[B.] Cotton MS., Claudius C. ix, f. 197. (Boundaries only.)
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MCLVIII; from [A.]
[S.] *Chron. Abingd.*, ed. Stevenson, vol. i, p. 136.

---

834. *Grant by King Eadred to the Earl Eadric, of land at Wassingatune, or Wasing, co. Berks.* A.D. 947.

CARTA DE ƷASINGETUNE.

In nomine sancte trinitatis quamvis decreta pontificum ⁊ verba sacerdotum velut fundamenta montium in districtis ligaminibus fixa sint tamen plerumque [per] tempestates et turbines secularium rerum etiam religio sancte Dei ecclesie maculis reproborum dissipabitur ac rumpitur. Iccirco incertum futurorum temporum statum providentes posteris succedentibus profuturum esse decrevimus ut ea que communi tractu salubri consilio definiuntur sertis litterulis roborata confirmentur.

Quapropter ego. EADREDUS Rex Anglorum ceterarumque [gentium] in circuitu persistentium gubernator et rector. cuidam mihi fidelissimo comitique dilecto nomine. EADRICO. devotionis ejus sollertia ejusdemque placatus obsequio dignatus sum impertire bis denas mansas quod angelice[1] dicitur. *tpentig hida*. in illo loco

[1] *Sic*, MS.

ubi jamdudum solicole illius regionis nomen imposuerunt. ÆT ƿASSINGATUNE. Tali autem tenore hoc prefate munificentie munus tradendo concessi ut possideat ⁊ firmiter teneat usque ad ultimum cursum vite sue cum omnibus utensilibus que Deus celorum in ipso telluris gramine creavit. tam in notis causis ⁊ ignotis in modicis ⁊ in magnis. campis. pascuis. silvis. silvarum densitatibus. donans donabo libertatem. et postquam humani generis fragilitatem deserexit[1] ⁊ ad desiderabilem jocunditatis viam per gratiam superni judicis adierit succedentium sibi cuicumque libuerit eternaliter derelinquat ceu superius prenotavi. Sit autem predictum rus liber[2] ab omni fiscali tributo seculariumque servitutum exinanitum sine expedicione et pontis arcisve instructione precipioque in nomine Dei summi tam nobis viventibus quam etiam qui christianitatis nomine et divine agnitionis fide censentur hujus libertatis statuta ad irritum deducere minime quispiam presumat.

Quisquis benivola mente meam donationem amplificare satagerit in hoc presenti seculo vitam illius prospera feliciter longiturne vite gaudia teneat. Si quis autem propria temeritate violenter invadere presumserit. Sciat se proculdubio ante tribunal districti judicis titubantem tremebundumque rationem redditurum nisi prius digna satisfactione emendare maluerit.

Mete de Wasinge tune. Istis terminis predicta terra circumgirata esse videtur. Ðis syndon þa landgemaore to ƿasinga tune. Ærest on duhan lea of duhan lea on readan ƿylle. of readdan ƿille to lydgeardes broge. of lidgeardes beorge to tatmonnes apoldre. of tatmonnes apoldre to deneburge hleape. of deneburge hleape to stan beorge. of stanbeorpe[3] to haþeburge hleape. of þam hlæpe to here grafe of here grafe to tƿam beorgum. of tƿam beorgum to hremnes dune. of heremnes dune to bidan holte. of bidan holte þæt to ƿigan campe. of ƿigan campe to bennan beorge. of þam beorge to blæccan pole. of þam pole to þære apuldre þonne to dunan heafde. þæt to hunes cnolle. þonne eft on duhanlea.

Ðis synt þa den þe þær to ge byrigeaþ. ƿynburgesƿær ⁊ þreo crochyrsta ⁊ horsham ⁊ yffeles leah ⁊ hæslƿic ⁊ gataƿic ⁊ ridan fald ⁊ scacalƿic ⁊ hundsæding fald,

Acta est hec prefata donatio anno ab incarnatione domini nostri Jhesu Christi. DC. CCC. XL. VII. indictione. Quinta.

✠ Ego Eadredus Rex Anglorum prefatam donationem sub sigillo sancte crucis indeclinabiliter consensi atque roboravi.

[1] Deseruerit, K. [2] -rum, K. [3] -ge, K.

✠ Ego Eadgifu ejusdem Regis mater cum sigillo sancte crucis confirmavi.

✠ Ego Oda Dorobornensis ecclesie archiepiscopus ejusdem regis principatum ⁊ benivolentiam cum sigillo sancte crucis conclusi.

✠ Ego Ƿulfstanus archons divine servitutis officio mancipatus Eborace civitatis archiepiscopus sigillum sancte crucis impressi.

✠ Ego Þeodred Lundoniensis ecclesie episcopus corroboravi.

✠ Ego Ælfhæh[1] Uuintoniensis ecclesie episcopus testudinem sancte crucis subscripsi et confirmavi.

✠ Ego Cenƿald episcopus prædictum donum consensi.
✠ Ego Ælfric episcopus consignavi.
✠ Ego Æþelgar episcopus roboravi.
✠ Ego Ælfred episcopus confirmavi.
✠ Ego Ƿulfsige episcopus consensi.
✠ Ego Æþelstan dux consensi.
✠ Ego Ƿulfgar dux consensi.
✠ Ego Æþelstan dux consensi.
✠ Ego Ealhelm dux consensi.
✠ Ego Æþelmund dux consensi.
✠ Ego Ælfgar dux consensi.
✠ Ego Eadmund minister consensi.
✠ Ego Ælfstan minister consensi.
✠ Ego Ƿulfric[2] minister consensi.
✠ Ego Ælfsige minister consensi.
✠ Ego Ƿulfric minister consensi.
✠ Ego Ælfric minister consensi.
✠ Ego Æþelfsige minister consensi.
✠ Ego Æþelnoþ minister consensi.
✠ Ego Æþelgeard minister consensi.
✠ Ego Ælfheah minister consensi.
✠ Ego Ælfred minister consensi.
✠ Ego Æþered minister consensi.

[A.] Cotton MS., Claudius B. vi, f. 37.
[K.] Kemble, *Cod. Dipl.*, No. MCLIX; from [A.]
[S.] *Chron. Abingd.*, ed. Stevenson, vol. i, p. 141.

[1] -heah, K.

[2] -fsic, MS.

Appendix.

835 (2B). *Notice of the Grant by the King of Domnonia to the old church [of Glastonbury], of the land called Ineswytrin, co. Somerset.* A.D. 601.

Anno dominice incarnacionis sexcentesimo primo REX[1] DOMNONIE terram que appellatur INESWYTRIN[2] ad ecclesiam vetustam. concessit que ibi sita est ob peticionem Worgret abbatis in quinque (id est hydis[3]) cassatis.

Ego Mauuron episcopus hanc cartam scripsi.
Ego Worgret ejusdem loci abbas subscripsi.

